AUTHOR:

KNACKSTEDT, GUALTHERUS

TITLE:

DE PRAEDIORUM ET MANSIONUM...

PLACE:

DATE:

1913

Master Negative #

93-81601-15

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

886
Z8
v.1

Knackstedt, Walther ~~**Gualtherus**~~: De praediorum et mansionum appellationibus Graecis. Marpurgi Catt. 1913: Schaaf. 58 S. 8°
Marburg, Phil. Diss. v. 15. April 1913, Ref. Kalbfleisch
[Geb. 16. Jan. 88 Bodelschwingh; Wohnort: Dortmund; Staatsangeh.: Preußen; Vorbildung: G. Bochum Reife 05; Studium: Marburg 4, München 1, Bonn 1, Marburg 3 S.; Rig. 15. Mai 12.] [U 13. 4257

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7/03/93 INITIALS F.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

DE PRAEDIORVM ET MANSIONVM APPELLATIONIBVS GRAECIS.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AVCTORITATE ET CONSENSV AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM IN ACADEMIA PHILIPPINA MARPVRGENSI ORDINIS AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

GVALTHERVS KNACKSTEDT
BODELSCHWINGHENSIS (BORVSSVS).

MARPVRGI CATTORVM A. MCMXIII
TYPIS CHR. SCHAAF

Dissertatio ab amplissimo philosophorum ordine
referente Carolo Kalbfleisch
probata est a. d. XIII. Kal. Febr. MCMXII.

Parentibus meis
s.

Pro certo habemus apud Graecos veteres moris non fuisse, ut viis et vicis nomina propria inderentur[1]). Itaque non indignum videtur quaerere, qua ratione Graeci in domibus et agris designandis usi sint. Cui rationi indagandae studui, colligens, quidquid inveni de hac re, e titulis potissimum, neque vero aspernatus ea, quae mihi hic atque illic praebuerunt cum alii scriptores tum Hippocrates. Omnino autem omisi papyros, cum in iis tanta materies insit, ut propria quaestione dignae videantur.

Incipiamus ab iis designationibus, quae nihil differunt a nostris! Ut omittam leviora talia, qualia sunt: *Σιμίᾳ ἐγ Κεραμεικῷ οἰκοῦντι* (cf. I. G. II. 2. add. 834 v. 14; Attic.; IV. saec. a.) aut: *τῆς στοᾶς τῆς διπλῆς τῆς ἐν τῆι ἀγορᾶι* (cf. Corp. inscr. Prienens. 49 v. 8) aut: *ἡ κατὰ πόλιν ὑπάρχουσα στοὰ ἡ πρὸς τῇ ἀγορᾷ* (cf. I. G. XII. 3. 325 vs. 29—30; Therens.; II. saec. p.), imprimis huc afferendi sunt et titulus quidam oppidi Laginae et libellus Hippocratis, qui inscribitur *'Επιδημίαι.*

Illic legimus: *καὶ τὴν πρὸ τῆς οἰκίας στοὰν τὴν πρὸς τῇ βιοτικῇ ἀγορᾷ* (cf. BCH XI p. 158 no. 63 vs. 9—10), hic:

---

1) cf. U. v. Wilamowitz-Moellendorff (Herakles [2] II, p. 176): „die individualisierung der straße, wie sie etwa die vici in Rom oder die modernen straßennamen zeigen, ist den Griechen fremd. nicht blos Athen, sondern auch der Peiraieus hat keine straßennamen. auch die namen der wege und tore sind dort nicht alt oder individuell“.

μειράκιον, ὃ κατέκειτο ἐπὶ ψευδέων ἀγορῇ (III p. 56. L.) et: *ἐν Ἀβδήροισι τὴν παρθένον, ἣ κατέκειτο ἐπὶ τῆς ἱρῆς ὁδοῦ* (III p. 122 L.).

Ἀγορὰ βιοτική est forum, ubi cibaria venibant, *ψευδέων ἀγορὰ* est forum mendacium, *ἱρὴ ὁδός* est via sacra. Quae omnia sunt nomina propria.

Num idem dici possit de iis, quae legimus apud Hippocratem (III p. 128. L.): *ᾤκει (Ἡρόπυθος ἐν Ἀβδήροισιν* scil.) *πλησίον τῆς ἄνω ἀγωγῆς*, et in titulo quodam Tenio: *ἐπρίατο ἐν τῷ ἄστει ἐν τόνῳ* [1]) *ἑβδόμῳ τὸ μετέωρον οἴκημα τὸ ἐπὶ τεῖ εἰσόδωι — — — — —, ἧι γείτονες Φάραξ, Λεωδάμας* [2]) (cf. I. G. XII. 5. 872. vs. 122—23. III. saec. a.), decernere non audeam.

Tamen licet *ἄνω ἀγωγήν* quidem putare nomen proprium, respondens nostrae „Untergasse".

Neque etiam *κύκλον* illum, quem in titulo quodam Atheniensi invenimus: *ἐν τῷ Ἡρακλέῳ τῷ ἐν κύκλῳ ἐν Χολαργέων* (cf. I. G. II. 1. 604. vs. 8—9. III. saec. a.), quomodo interpretandus sit, facile perspicias.

Keilius de hac re ita disseruit: „Ebendaselbst könnte man versucht sein zu schreiben *τῷ ἐνκύκλῳ*, wie Eph. Arch. n. 3410, 15 p. 1784: *Βατραχὶς ἔνκυκλον περιποίκιλον*, und dabei an einen Rundbau zu denken, insofern es bei Servius zu Verg. Aeneis IX, 408 heißt: Aedes rotundas tribus diis dicunt fieri debere Vestae Dianae vel Herculi vel Mercurio . . . . . . Inzwischen liegt die Lesung *ἐν κύκλῳ* doch näher, so zwar, daß *κύκλος* ohne Attribut, wie *ἀγορά*, eine Örtlichkeit in dem Demos bezeichnet. Was freilich Pittakis p. 1892 anführt, die *κύκλοι* d. i. Budenabteilungen zum Verkauf von Lebensmitteln auf dem Markte in Athen (Becker, Charikles I, 268—69; Bursian, Geographie

1) De hoc *τόνῳ* conferas ea, quae infra diximus.

2) De hac e vicinis designandi ratione, videas paulo infra.

von Griechenland I, 1, 280), das gehört nicht hierher." (cf. Philol. XXIII p. 248).

Cum aliqua veri specie suspiceris, hunc *κύκλον* forum Cholargensium fuisse, recordans illa Euripidis (Orest. 917): *Ὀλιγάκις ἄστυ καὶ ἀγορᾶς χραίνων κύκλον.*

Nomen autem *κύκλον* traxit e forma rotunda, ut in urbe Tegea forum appellabatur *πλινθίον* a forma quadrata. Sic enim docet Pausanias in libro octavo (48, 1): *Τῆς ἀγορᾶς μάλιστα ἐοικυίας πλίνθῳ κατὰ τὸ σχῆμα, Ἀφροδίτης ἐστὶν ἐν αὐτῇ ναὸς καλούμενος ‚ἐν πλινθίῳ'.*

Quibus designationibus, quae e plateis et e foro fiunt, exceptis, quae nobis haud alienae sunt, vix invenias, quas compares cum nostris, nisi vero putas, huc pertinere eas, in quibus designatur e muro et e porta.

Nemo est, qui nesciat, hunc modum designandi medio aevo usitatum fuisse. Unde evenit, ut usque hunc ad diem nobis remanerent nomina propria velut „am Wall", „am alten Wall", „am Burgtor". Tales designationes etiam Graecis haud ignotae erant.

Φιλίσκος ᾤκει παρὰ τὸ τεῖχος, scribit Hippocrates (II p. 682 L.), Thucydides autem in libro altero, ubi de Plataeis a Thebanis occupatis agit: „*ἐσπίπτουσιν ἐς οἴκημα μέγα, ὃ ἦν τοῦ τείχους*" (II, 4 ed. Hude).

Aliam domum prope ad murum sitam cognovimus e titulo Halicarnassensi: *οἰκίην Ἀρλιώμο τοῦ Πύργωνος τὴμ πρὸς τῶι τείχει* (cf. Dittenb. Syll. inscr. Graec. no. 11 vs. 14—15. V. saec. a.).

In titulo quodam Mytilenensi agitur de porticu exstruenda, quam se dedicaturum civis quidam pollicetur. Poscit autem ‚*τόπον*', ut ipsius tituli verbis utar, *ὄπποι ἀναθήσει τὰν στωίαν τὸ[ν πρ]ὸς τῶ τε[ίχ]ει ὄππ[οι] νῦν ἀλε[υρό]πωλις στωία [ἔσ]τι[ν* (cf. I. G. XII. 2. 14. vs. 11—13). *Ἀλευρόπωλιν στωίαν* apparet fuisse porticum, ubi farina venibat.

Hermocraten virum quendam tradit Hippocrates habitasse ‚iuxta novum murum' (cf. Epid. III, p. 32. L.): *Ἑρμοκράτην, ὃς κατέκειτο παρὰ τὸ καινὸν τεῖχος),* cum Thebis in urbe prope ad Mycalen promunturium sita aliquod templum Mercurii sacrum ‚iuxta veterem murum' situm fuisse sciamus (cf. Corp. inscr. Prienens. no. 361 vs. 4—5: *ἀπὸ τõ Ἑρμέω [τõ παρὰ τ]ὸ παλαιὸν τεῖχος).*

Ut ad portas transeamus, Abderis in urbe portae erant nominatae ‚Thracicae'. Propter domicilium habebat Anaxion, ut legimus apud Híppocratem (Epid. III p. 124 L.: *ἐν Ἀβδήροισιν Ἀναξίωνα, ὃς κατέκειτο παρὰ τὰς Θρηΐκίας πύλας).*

Inter multos fundos et agros invenimus in titulo Atheniensi hortulum situm apud portam denominatam e pago Acharnis (cf. I. G. III. 1. 61. A II vs. 34—35. (III. saec. p. non recent.): *κηπίον πρὸς τῇ Ἀχαρνικῇ πύλῃ).*

Paulo copiosius tractandus nobis erit titulus quidam Acrensis (I. G. XIV. 217 (non * 217), quo agitur de locis, quae appellantur *ΘΕΜ.*

De hoc *ΘΕΜ*, quomodo sit complendum et quid significet, inter se dissentiunt viri docti. Audiamus, quid adnotet Kaibelius l. l. in commentario:

„Franz, cum recte negasset, in vocabulo *θεμ* agri notionem inesse, tamen ipse non magis recte *θεμ(έλιον)* dici pro eo, quod vulgo est *οἰκόπεδον*, coniecit. Legendum puto *θέμ(α)*, ita, ut significatum sit, quo loco singuli agri singulis hominibus adsignati fuerint."

Quae Kaibelii coniectura si recte se habet, vox *θέμ(α)* a radice *θε-*, quam habemus in verbo *τίθημι*, derivanda esse videtur.

Quibus e *θέμασιν* unum situm erat *‚ὑπὸ τὰν πύλαν τὰν Σελινουντίαν'* [1]) (cf. l. l. v. 45).

1) De portis, quomodo designatae sint, conferas etiam in titulo oppidi Siciliensis, cui nomen erat Thermae Himeraeae, haec: *κ]αὶ τὰς διώρυγας καὶ τ[ὰν σ]τρῶσιν τᾶς πλατείας τὰν [ἀ]πὸ τοῦ λίθου τοῦ θηγανεῖτα ἀπὸ τᾶς [π]ύλας τᾶς παρὰ θάλασσαν ἐκ τοῦ ἰδίο[υ π]οιήσαντα εὐνοίας [χάριν]* (cf. I. G. XIV. 317 vs. 4—11). Coniecitautem Wilamowitzius, legendum esse: *ὑπὸ τὰς πύλας τὰς κ. τ. λ.*

Ceterum etiam animadvertendum est in agro Halesae, oppidi Siciliensis, viam campestrem exstitisse nominatam *‚Θεματεῖτιν'* (cf. I. G. XIV. 352 vs. 21—22 et saepius). Quam *‚Θεματεῖτιν'* cum vocabulo *θέμ(α)* cohaerere suspicatur Kaibelius in commentario tituli. Quod si ita se habet — est autem perspicuum —, sequitur, ut vocabulum *θέμ(α)* etiam aliis in regionibus Siciliae, ne dicam tota Sicilia, usitatum fuerit.

Haec inscriptio Acrensis etiam alia exempla praebet summi momenti, et exempla, quae sunt, ut ita dicam, vere Graeca, velut v. 16: *θέμ(α) ποτὶ φρητίοις,* et v. 35: *θέμ(α) ποτὶ πλυνίοις.*

In his *πλυνίοις*, quae sunt foveae lavandi causa factae, nonne recordamur Homeri Iliada [1]) et Odysseam? [2])

In illis autem *φρητίοις* i. e. puteolis meminisse debemus, quanti momenti in Graecia ut in terra tam inopi aquarum putei, fontes, aquae cuiuscumque generis fuerint [3]).

Talia et eiusmodi complura saepius occurrunt.

Apud puteum et puteum, qui nominabatur Phrynichidis, habitasse etiam Clazomenium virum quendam

1) cf. X 153 sqq.:

ἔνθα δ' ἐπ' αὐτάων πλυνοὶ εὐρέες ἐγγὺς ἔασιν
καλοὶ λαΐνεοι, ὅθι εἵματα σιγαλόεντα
πλύνεσκον Τρώων ἄλοχοι καλαί τε θύγατρες.

2) cf. ζ 85 sqq.:

αἳ δ'ὅτε δὴ ποταμοῖο ῥόον περικαλλέ' ἵκοντο
ἔνθ' ἦ τοι πλυνοὶ ἦσαν ἐπηετανοί, πολὺ δ' ὕδωρ
καλὸν ὑπεκπρόρεεν μάλα περ ῥυπόωντα καθῆραι.

3) Grohne dicit, medio aevo interdum domos nominatas esse e puteo (cf. Hausnamen und Hauszeichen, Göttingen 1912 p. 6: Cöln. Curia Putei 1170—82. Schreinsurk.).

aegrotum narrat Hippocrates (Epid. II p. 704 L.): *τὸν Κλαζομένιον, ὃς κατέκειτο παρὰ τὸ Φρυνιχίδεω φρέαρ.*

Huic puteo Phrynichidis, ut qui denominatus sit e possessore, comparem fossam nominatam Bootis, iuxta quam habitabat Erasinus, ut scimus ex Hippocrate (cf. Epid. II p. 702 L.: *'Ερασῖνος ᾤκει παρὰ Βοώτεω χαράδρην).*

Thasi in insula exstabat aqua nominata ‚frigida'. Propter vivebat mulier quaedam, quam curavit Hippocrates (cf. Epid. III p. 108 L.: *ἐν Θάσῳ τὴν κατακειμένην παρὰ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ).*

Denique huc attulerim e titulo Hyampolensi haec: *τὸ ποτὶ τᾷ κράνᾳ* (scil. *χωρίον*), ubi iam adduntur: *γείτων ποτ' ἀῶ Θράσων 'Αριστοκράτεος, ποθ' ἑσπέραν Θράσων 'Αριστοκράτεος* (cf. I. G. IX. 1. 87. vs. 24—26. II. saec. a.).

Haec nos monent de genere quodam designationum, quod est, quantum ego quidem compertum habeo, longe creberrimum. Constat autem in vicino perhibendo partim per praepositiones, partim per voces *γείτων, γειτονιᾶν, ὁμορρεῖν, πλησίον, ἑξῆς.*

Si incipiendum nobis est ab exemplis simplicibus et inde progrediendum ad contortiora, primum mentio habenda est talium, qualia sunt Hippocratis: *'Ηρακλείδῃ, ὃς κατέκειτο παρὰ 'Αριστοκύδει* (Epid. II p. 644 L.), vel: *Βίωνι, ὃς κατέκειτο παρὰ Σιληνόν* (Epid. II p. 650 L.), vel: *Κράτιδι τῇ παρὰ Ξενοφάνεος (οἶκον* scil.) (Epid. II p. 650 L.), vel: *Φανοκρίτῳ, ὃς κατέκειτο παρὰ Γνάθωνι τῷ γναφεῖ* (Epid. II p. 666 L.), vel *ἡ κυναγχικὴ*[1]) *ἡ παρὰ τὰ 'Αριστίωνος (χωρία* scil.) (Epid. III p. 54 L.)

Ad haec Hippocratea accedunt testimonia inscriptionum ex omnibus fere Graeciae regionibus.

Exempla non minus simplicia quam Hippocratis supra commemorata habemus in venditionis titulo Halicarnassensi

1) I. e. mulier aegrotans morbo nominato *κυνάγχη* i. e. ‚Hundebräune'.

(Dittenb. Syll. inscr. Graec. I. no. 11. V. saec. a.), ubi domus complures designantur: *οἰκίην τὴν Στράτωνος, ἧι γείτων Εὔιππος* (l. l. vs. 51—52) et: *οἰκίην τὴν Γνάθωνος τὴν ἐν Ἄργει, ἧι γείτωμ Ποσειδώνιος καὶ 'Ιδάγυγος καὶ Γεροντίδης* (l. l. vs. 46—48), in quibus id mirum est, quod ‚*γείτωμ*' exstat numero singulari, quamvis vicini complures sint.

Quibus respondent omni ex parte in titulo Amphipolis urbis haec: *τὴν οἰκίαν, ἧι γείτων Μεννέας 'Ασάνδρου καὶ Θεόδωρος αὐτὸς καὶ Νικάνωρ 'Επικράτεος.* (cf. Dittenb. Syll. inscr. Graec. II. no. 832 vs. 1—4).

Leviter tantum differt ab hac formula titulus Myconi insulae: *τὴν οἰκίαν 'Αρχίνου, ἧι γείτων ἡ οἰκία ἡ Καλλίππου τοῦ 'Ηρᾶ* (cf. Dareste-Haussoullier, Receuil des inscriptions iuridiques des Grecs. I. no. VI. vs. 30—31. aetat. Macedon.), cum quo consentit titulus Delius, continens haec: *[ἡ] οἰκί[α] ἧι γειτονεύει ἡ οἰκ[ί]α ἡ — —*[1]) (cf. BCH XXIX. p. 507 no. 171 B v. 7).

Plerumque autem inscriptiones Deliae alium dicendi modum adhibent in vicinitate significanda, cum usurpant vocem *ἑξῆς*, ita, ut dicatur: *τῆς ἑξῆς τῆς 'Επισθενείου οἰκίας* (cf. BCH VI. p. 18. no. 18 v. 140) vel: *τῆς ἑξῆς, ἣν εἶχε Σώφρων* (ibid. v. 143)[2]). Illic agitur de domo, sita iuxta eam domum, quae propria erat Episthenis — sic enim intellegenda sunt verba ‚*τῆς 'Επισθενείου οἰκίας*'[3]) —, hic de domo iuxta eam domum sita, quam possidebat Sophron.

Interdum haec designatio e vicino facta suppletur eo, quod pagus vel tribus vel regio nominatur, ubi domus sita sit, velut in titulo Attico: *οἰκία ἐν Κολωνῷ, ἣ ἦν*

1) Nomen vicini mutilatum est.

2) cf. etiam ea, quae exstant v. 142.

3) cf. BCH XXIX. p. 489 no. 163 v. 22: *παρ' Αἰσχρίωνος ἣ ἦν 'Επισθένους (οἰκία* scil.).

Εὐφάντου, ᾗ γείτων Ἄλεξος (cf. I. G. II. 2. 814 v. 32 IV. saec. a.) et: *ἐμ πεδίῳ οἰκία, ἣ ἦν Λευκίππου, ᾗ γείτων Ἡγήσιππος* (ibid. v. 34). *Πεδίον* autem sine dubio magna illa planities Attica est, ab Hymetto ad Corydalum pertinens, quam nemo fere ignorat[1]).

Ὤκει πλησίον τῶν Πυλάδεω non sufficit Hippocrati; itaque addit: *ἐπὶ τοῦ λείου* (cf. Epid. III p. 134 L.) *Λεῖον* autem intellege campum planum.

Tuo iure suspicari potes, hic cogitandum esse de rebus rusticis, non urbanis, praesertim cum dicatur: *πλησίον τῶν Πυλάδεω*, ubi sine dubio complendum est ,*χωρίων*'.

Neque aliter se habent Hippocratis haec: *Σιληνὸς ᾤκει ἐπὶ τοῦ πλαταμῶνος πλησίον τῶν Εὐαλκίδεω* (Epid. II p. 684 L.). *Πλαταμών* significat ripam fluminis aequam et planam[2]).

Hac re inter omnes ceteros excellit titulus Teni insulae, in quo semper nomen tribus indicatur. E permultis exemplis affero haec tria:

v. 34: *τὴν οἰκίαν καὶ τὰ χωρία καὶ τὰς ἐσχατιὰς*[3]) *τὰς ἐν Ἑρμινίαι, οἷς γείτονες Κλείταρχος, Φιλώτας — — — — —*; v. 41: *τά τε χωρία πάντα τὰ ἐν Ἡρίσθωι καὶ — — — — ς τὰ προσόντα τὰ Σίμου, οἷς γείτων Μορυχίων Θεαινέτου Δονακεύς*; v. 49: *τᾶς οἰκίας καὶ τοῦ πύργου τὸ τέταρτομ μέρος καὶ τὰ χωρία τὰ ἐν Ἰακίνθωι πάντα ὅσα τε ἐπρίατο Ὀρθεὺς παρὰ Πολυκράτους, οἷς γείτονες Πλείσταρχος, Ἀρτύμαχος.*

Sin in urbe ipsa res designata exstat, hoc saepius plane indicatur additis ,*ἐμ πόλει*' vel ,*ἐν ἄστει*' verbis.

---

1) cf. Isaeum V, 22: *πλὴν γὰρ δυοῖν οἰκιδίοιν ἔξω τείχους καὶ ἐν Πεδίῳ ἑξήκοντα πλέθρων οὐδὲν κεκομίσμεθα.* cf. etiam Thucyd. II, 20. 55. 56. VII, 19.

2) cf. Anonym. Bekk. Anecdot. p. 1313: *ὅπερ ἐπὶ θαλάσσης αἰγιαλός, ὁ ἐπίπεδος δηλαδὴ καὶ ὁμαλός, τοῦτο ἐπὶ τῶν ποταμῶν ὁ πλαταμών.*

3) Ager extremus et secretus et qui longe abest ab urbe.

Ita fit in titulo Myconi insulae (Dareste-Haussoullier, l. l. I. no. VI), cuius supra meminimus, ubi haec invenimus: *τὴν οἰκίαν τὴν ἐμ προαστίωι, ἧι γείτων Νικίας* (vs. 26—27) et alio loco haec: *τὸ οἴκημα τὸ ἐμ πόλει, ὧι γείτων ἡ οἰκία ἡ Κτησιδήμου τῶ Χαιρέλα* (vs. 19—20).

Eiusdem generis complura praebet etiam titulus Tenius ille: *τὴν οἰκίαν τὴν ἐν ἄστει, ᾗ γείτονες Ἀντικλῆς, Νεοπτόλεμος* (I. G. XII. 5. 872 v. 86), et: *τὴν οἰκίαν τὴν ἐν ἄστει, ᾗ γείτονες Ἀριστείδης, Νεοπ[ρέπης?]* (ibid. v. 97), et: *τῆς οἰκίας τῆς ἐν ἄστει τὴν ἡμίσειαν καὶ θύρας τὰς ἐπούσας καὶ τοῦ οἰκοπέδου τὸ ἥμισυ, οἷς γείτων Ἀκεσίμβροτος — — — —* (ibid. v. 63).

Notabile autem est, quod hic commemorantur *τόνοι* numeris adiectis notati, velut vs. 25—26: *τὴν οἰκίαν τὴν ἐν ἄστει, ἥ ἐστιν ἐν τόνῳ δευτέρῳ, ᾗ γείτονες Πυθο — — — — — — κλιτος*, vs. 71—72: *τὴν οἰκίαν τὴν ἐν ἄστει, ἥ ἐστιν ἐν τόνῳ ἕκτῳ, ᾗ γείτων Ἔπανδρος*, v. 122—23: *ἐπρίατο ἐν τῷ ἄστει ἐν τόνῳ ἑβδόμῳ τὸ μετέωρον οἴκημα τὸ ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ.*

Quos *τόνους* — sunt autem septem — Boeckhius putavit accipiendos esse vicos oppidi, ut quidem dicit in commentario tituli (cf. C. I. G. ed. Boeckhius no. 2338): „Quae urbs (Tenos scil.) in vicos divisa erat, *τόνους* dictos (quasi tractus)."

Ipsa vox *τόνος* orta est sine dubio e radice *τεν-*, quam invenimus in voce *τείνω*. Cur autem *τόνοι* nominati sint singuli vici, hoc fere modo explicare potes.

Suspiceris enim, veteres in illo agro, in quo oppidum conditturi erant, metando simul, funiculo (*τόνῳ*) usos, singulas regiones oppidi exstruendi definisse, quo certiorem sequerentur in aedificando ordinem. Quo fortasse fiebat, ut vici ipsi metaphorice *τόνοι* nominarentur.

Nonnullis locis etiam vicini a duabus pluribusve partibus locum designandum attingentes inducuntur. cf.

I. G. II. 2. 777 (tit. Attic. IV. saec. a.): *οἰκίαν ἐν Σαλαμῖνι ἐν — — — — — ι, ᾗ γείτωμ βοῤῥᾶθεν — — — —, νοτόθεν δὲ Νικόδικος* (vs. 10—12)[1]).

Quae scilicet ratio e vicino designandi usurpatur etiam in agris describendis. Habemus autem diversas formas dicendi.

Simplicissima est, quam reperimus in titulo Cretensi (I. G. IX. 1. 693 vs. 16—17; III. saec. a.): *ψιλᾶς* (scil. *χώρας) πλέθρα ἓξ ποὶ τᾷ Κωμικοῦ*. Quis hic *Κωμικός* fuerit, indagari non potest.

Similem praebet titulus Halicarnassensis (Dareste-Haussoullier, l. l. II. 2. no. XXV D vs. 15—16): *ἀγρὸν τὸν ἐν Ἀστυπαλαίαι τὸν ὁμορροῦντα Ἄνθει καὶ Δαμαγητωι.*

Paulo verbosiora et accuratiora sunt, quae exstant in titulo Idalii, oppidi Cyprii (Collitz-Bechtel, Griechische Dialektinschriften I. no. 60. vs. 17—20): *ἀπὺ τᾶι ζᾶι (= ἀπὸ τῆς γῆς) τᾶι βασιλέϜος, τᾶ ἰν Μαλανίjαι τᾶι πεδίjαι*[2]), *τὸν χῶρον, τὸν χραυζόμενον (= ἁπτόμενον) Ἀμηνίjα ἄλϜω (= χόρτου) — — — — — τὸν ποεχόμενον πὸς ΘόρϜον τὸν Δρυμίων κὰς (= καὶ) πὸς τὰν ἱερέjιjαν τᾶς Ἀθάνας.*

Quod in titulo illo Halicarnassensi legimus: *τὸν ὁμοῤῥοῦντα Ἄνθει καὶ Δαμαγήτωι* i. e. eum, qui finitimus est Antho et Damageto, hic respondent verba: *τὸν χραυζόμενον Ἀμηνίjα ἄλϜω* i. e. eum, qui attingit hortum

1) Idem modus designandi etiam in Germania usitatus fuit; cf. Grohne op. cit. p. 167: Aber auch sonst geschieht die örtliche Festlegung eines Hauses selten ohne Anstößerangaben, selbst wenn jedes einzelne Haus in einer Straße benannt ist. Einige typische Beispiele seien hierzu angeführt. Worms: Ub. II N. 717. a. 1380: Ich Peter Walprecht han verkauft zins uf dem hus zům Walprecht, an dem hus zů Rodenburg, andersit an dem hus zů Spiegelberg. ub. II N. 805. a. 1382: Ein hus genannt zů Lindauwe, eynsît an dem hus zům Römer und an der andersiten das hus zů Lindenfels.

2) Haec planities nusquam litterarum Graecarum nisi hoc loco commemoratur.

Ameniae. Insuper autem adiciuntur — praeterquam quod hic locus tituli mutilatus est —: *τὸν ποεχόμενον πὸς ΘόρϜον τὸν Δρυμίων* i. e. eum, qui pertinet usque ad Thorvum e gente Drymiorum et ad sacerdotem Athenae.

At hae formae dicendi sunt minus pervagatae. Usitata autem et trita est ea, quam invenimus in mutilato titulo Hyampolensi (I. G. IX. 1. 87. vs. 44—47. II. saec. a.): *πλέθρα — — — —, γείτων ποτ' ἀῶ Θεαίνετος Καλλικράτεος, ποθ' ἑσπέρας Θεαίνετος Καλλικράτεος.*

Permultis locis hoc non sufficit. Amplificatur designatio, cum duobus vicinis adicitur tertius vel etiam quartus.

Itaque invenimus in titulo Hyettensi (I. G. VII. 2808. vs. 7—17. III. saec. p.): *χωρείδιον στυφλάριον*[1]) *πλέθρων ὀκτώ, τόπῳ Συt*[2]), *ᾧ γείτονες ἀπὸ μὲν ἠοῦς Αὐρήλιος Θάλαμος καὶ πρόστυλον τῶν Καλλίστης κληρονόμων, ἀπὸ δὲ ἄρκτου Αὐρήλιος Θεόδωρος, ἀπὸ δὲ δύσεως οἱ Ἀρέσκοντος Ὀλυμπιονίου κληρονόμοι, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας Σύμφορος Ὁλμώνιος καὶ οἱ Νικοστράτου τοῦ Ζωπύρου κληρονόμοι.*

Eodem modo describitur a quattuor partibus situs agri Attici in titulo I. G. II. 1. 600, nisi quod hic ab oriente viam quandam finem esse videmus: *τὸ χωρίον τὸ Μυῤῥινοῦντι τὴν Σα[κ.]νην καλουμένην, ᾧ γείτων βοῤῥᾶθεν — — — — — ος, νοτόθεν δὲ Ὀλυμπιοδώρου χωρίον, ἡλίου ἀνιόντος ὁδὸς, δυομένου Ὀλυμπιοδώρου χωρίον* (l. l. vs. 4—12).

Iam restat, ut hic meminerimus trium inscriptionum Atticarum, in quibus agitur de metallis. Etiam hic occurrit ratio illa copiose describendi.

1) cf. ea, quae dicit Dittenbergerus in commentario: „Quam (*στυφλάριον* vocem scil.) a *στυφλός* derivatam terram asperam et saxosam significare existimo".

2) cf. ea, quae in parte altera tractavimus.

A duobus lateribus quae finitima sint, indicatur in titulo I. G. II. 2. 781. vs. 4—7: *[ἀνασάξι]μον στήλην ἔχον Ἑρμαϊκὸν ἐν το[ῖς ἐδάφεσιν τοῖς — — — — — — βορρᾶ(θεν) κάμινος Δημοφίλου καὶ οὗ ἂν — — — — —, νοτόθεν μέταλλον Ἀρτεμισιακόν*, a tribus lateribus in titulo, quem edidit Oikonomos [1]): *μέταλλον ἀνασάξιμον ἐπὶ Λαυρέωι Εὐδότειον στήλην ἔχον ὧι γε: βο: ρ: ρ: Καλλίου φελλεὺς νότο: ἡ ὁδὸς ἡ ἔξω τοῦ Ῥαγῶνος ἐπὶ Λαύρεον φέρουσα καὶ τὸ Σημάχειον πρὸς ἡλίου ἀνιόν(τος): Ἀσπέτου ἐργαστήριον.* (cf. AM p. 286 B vs. 18—22), a quattuor lateribus in eiusdem tituli vs. 30—35: *μέταλλον [ἀπε]γράψα: ἐργάσιμον Ἑρμαϊκὸν ἐπὶ Λαυρέωι στή[λην ἔ]χον, ὧι γε: βορρ: περίβολος Διοτίμου Εὔων: νότο: ἐργαστήριον Διοτίμου Εὔων: πρὸς ἡλίου ἀνιόν: ἡ ὁδὸς ἡ ἐχ Θορικοῦ ἐπὶ Λαῦρεον φέρουσα πρὸς ἡλίου δυομέ: ἡ ὁδὸς ἡ ἀπὸ Λαυρέου ἐπὶ Θράσυμον φέρουσα* [2]).

In his complura explicatione egent.

Quod hic metalla denominantur a diis et hominibus, paulo infra videbimus usitatum fuisse etiam in fundis appellandis [3]).

φελλεύς significat solum saxosum, attamen opertum tenui humo ideoque aptum, quod pascatur vel arboribus seratur [4]).

Ῥαγών cohaeret cum verbo *ῥήγνυμι* et intelligendus est saxum perruptum prope ad Laurium situm [5]).

1) AM 35 p. 274 sq. „Eine neue Bergwerksurkunde aus Athen".

2) cf. etiam ibid. vs. 23—26, p. 287 B vs. 37—42, I. G. II. 2. 780 vs. 5—8, 781 vs. 13—16.

3) cf. etiam ea, quae dicit Oikonomos l. l. p. 295.

4) cf. Suidam s. v. *Φελλεῖς· οὕτω λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ τοὺς πετρώδεις τόπους, οἵτινες εἰσι πετρώδεις μὲν κάτωθεν, ἐπιπολῆς δὲ ὀλίγην ἔχουσι γῆν.* Et. M. s. v. *Φελλέα· τὰ πετρώδη καὶ αἰγίβοτα χωρία, ὡς Ἰσαῖος.*

5) cf. Oikonomon l. l. p. 309.

Σημάχειον est fanum illius dei, cuius in tutela est pagus Semachidarum [1]).

Locum denique *Θράσυμον* nos docet Oikonomos teste Harpocratione nominatum fuisse e sepulcro Thrasymi cuiusdam [2]).

In his autem e vicino designationibus habenda sunt etiam illa exempla, in quibus deus vel dea vel heros vicinus est, talia dico exempla, qualia sunt Hippocratis haec: *Παντακλεῖ, ὃς ᾤκει παρὰ Διονύσιον* (II p. 666 L.), *Κρατιστώνακτι, ὃς παρ' Ἡρακλεῖ ᾤκει* (II p. 666 L.), *Κλεανακτίδην, ὃς κατέκειτο ἐπάνω τοῦ Ἡρακλείου* (II p. 698 L.), *Ἐπικράτεος γυναῖκα, ἣ κατέκειτο παρὰ ἀρχηγέτην* [3]) (II p. 694 L.), *Μελιδίη, ἣ κατέκειτο παρὰ Ἥρης ἱρόν* (II p. 716 L.), *Πυθίωνι, ὃς ᾤκει παρὰ Γῆς ἱρόν* (III p. 24 L.), *Χαιρίωνα, ὃς κατέκειτο παρὰ Δηλίαν* (III p. 46 L.), *Πυθίωνα, ὃς κατέκειτο ὑπεράνω τοῦ Ἡρακλείου* (III p. 112 L.), *τὸν Πάριον, ὃς κατέκειτο ὑπὲρ Ἀρτεμισίου* (III p. 102 L.).

Neque etiam nobis haec consuetudo aliena est, si quidem apud nos moris est vel potius medio aevo moris erat, ut dicerent e. c.: „Er wohnt bei St. Marien".

Graeciae autem in diversissimis regionibus pervagatam fuisse non desunt testimonia in titulis.

Si incipere volumus ab oriente et inde progredi ad occidentem, primum afferre debemus venditionis titulum Halicarnassensem, ubi legimus, domum quandam sitam fuisse ‚*ὄπισθε τοῦ Ἀπολλωνίου*' (cf. Dittenbergerum, op. cit. I p. 19 vs. 65—66).

Eandem consuetudinem in insulis Rhodo et Creta fuisse apparet e duabus inscriptionibus, altera Cretica, altera Rhodia.

1) cf. Oikonomon l. l. p. 309.

2) cf. Oikonomon l. l. p. 299 sq.

3) Accipe eum heroa, cuius auspiciis colonia deducta erat.

Hic scripta exstant (I. G. XII. 1. 24. vs. 2—3. III. aut IV. saec. a.): *τὸ Πανεῖον τὸ παρὰ τῇ Θερμίᾳ Ἀρτέμιτι*, illic (Dittenb. op. cit. II no. 929 v. 38): *χώραν ἔχοντες προγονικὴν γειτονοῦσαν τῶι τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου ἱερῶι.*

E Cycladibus habemus testes quattuor titulos Deliacos. In primo invenimus (BCH VI p. 25 no. 18 v. 205): *τὸ χῶμα τὸ ἐκ τῆς στοᾶς τῆς παρὰ τὸ Λευκόθιον* et (ibid. v. 237): *εἰς τὸν οἶκον τὸν πλησίον τοῦ Ἰσιείου*, in altero (BCH XXVII p. 77 v. 115): *εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐπὶ Κυνθίωι*, in tertio (BCH XXII p. 83 no. 21 vs. 8—9): *τῆι στοᾶι τῆι πρὸς τῶι Ποσιδείωι*, in quarto (BCH VIII p. 307 no. 13 v. 27): *ἀπὸ τοῦ γωνιαίου τοῦ παρὰ τὸ Ἀρτεμ[ίσιον].*

Num hoc in numero habendus sit etiam tilulus Carthaeae oppidi Cei, qui praebet: *τὰ παρ' Ἑρμῆι* (scil. *χωρία)* (BCH XXX p. 435 no. 25C vs. 32—33), dubites, quoniam incertum est, utrum *Ἑρμῆς* accipiendus sit templum Mercurii an Herma[1]).

Ad Atticam spectant duo testimonia, quorum alterum exstat in titulo (Dittenb. op. cit. I no. 42 v. 20): *χορίον παρὰ τὸ Ἑράκλειον*, alterum in Platonis Phaedro (p. 227B):

Σω. ἀτὰρ Λυσίας ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐν ἄστει.

Φαῖ. Ναί, παρ' Ἐπικράτει, ἐν τῇδε τῇ πλησίον τοῦ Ὀλυμπίου οἰκίᾳ τῇ Μορυχίᾳ.

Sequantur, quod attinet ad Boeotiam, e titulo Hyampolensi haec duo exempla: *χωρίον ποτὶ Πιαλείᾳ τὸ παρὰ τῷ Ἑκατονβίῳ πλέθρα δέκα δύο, γείτων ποτ' ἀῶ τὸ Ἑκατόμβιον, ποθ' ἑσπέρας Ξενοκράτης Καλλιμάχου* (I. G. IX. 1. 87. vs. 74—78. II. saec. a.) et: *(χωρίον* scil.) *ποτὶ τῷ Ἀ[νακε]ίῳ, Ἀμύντας — — — γείτων ποτ' ἀῶ Φίλων Κλεΐππου, ποθ' [ἑσπέρας — — — —* (ibid. vs. 26—28).

1) Moneo hic Lysiae, qui commemorat tonstrinam quandam, iuxta Hermas sitam. (cf. XXIII, 3 (ed. Thalheim): *ἐλθὼν ἐπὶ τὸ κουρεῖον τὸ παρὰ τοὺς Ἑρμᾶς).*

Ἀνακεῖον, si recte restituit Dittenbergerus, est templum Castoris et Pollucis.

Ad occidentem denique pertinet ille titulus Acrensis supra commemoratus (I. G. XIV. 217). Ex illis *θέμασιν* duo sita erant ‚*ὑπὸ τὸ Ἀφροδίσιον*' (l. l. vs. 2 et 12), duo alia ‚*ὑπὲρ τοῦ Κορείου*' (l. l. vs. 6 et 8), quintum et sextum ‚*ὀπίσω τοῦ Κορείου*' (l. l. vs. 10 et 12), septimum ‚*ὑπὸ τὸ Κορεῖον*' (l. l. v. 4), octavum ‚*ἐν βαλσά: ποτὶ τῶι Ἀρτεμιτίωι*' (l. l. v. 14). Compendium *βαλσά* verisimiliter complendum est in ‚*βαλσά(μοις)*', ita, ut significet in ‚balsameto'.

Qua e consuetudine designandi fluxit etiam genus quoddam nominum propriorum, quae occurrunt cum aliis in regionibus Graeciae tum in Boeotia. Constant autem prima parte e dei vel deae nomine, altera e voce *γείτων*, ita, ut *Θεογείτων*[1]) vel *Θιογίτων*[2]) vel *Διογίτων*[3]) vel *Διόγειτος*[4]) vel *Διογείτων*[5]) vel *Θεόγειτος*[6]) nominaretur is, qui habitabat apud Iovis templum, *Ἡρόγειτος*[7]) vel *Ἡρογείτων*[8]) is, qui habitabat apud Iunonis templum, *Ἀθανογίτων*[9]) et *Δαματρογίτων*[10]) ii, qui habitabant iuxta Athenae et Cereris fanum.

Facila est intellectu, cur Graeci veteres hanc designandi rationem tantopere adamaverint. Erant enim templa

1) I. G. VII. 1712 v. 3.

2) I. G. VII. 4077.

3) I. G. VII. 3577 v. 1; 3621; 2408 v. 13; 3081 v. 8.

4) I. G. IV. 926 vs. 43, 74, 95; VII. 1995; 218 v. 7; XII. 3. 34. v. 15.

5) I. G. I. Suppl. 331c v. 8; 462d v. 12; II. 5. Suppl. 768c Col. III. v. 12.

6) I. G. VII. 2140.

7) I. G. IV. 926 v. 62; VII. 28 v. 6; 417 v. 59.

8) I. G. XII. 3. 57.

9) I. G. VII. 2786 v. 6; 529 v. 1.

10) I. G. VII. 2775 v. I.

deorum aedificia praestantissima et notissima ideoque apta, e quibus situs domus agrive describeretur.

Nec non idonea erant eadem de causa aedificia publica velut prytaneum aut Lycium aut regia aut theatrum.

Astypalaeae in insula scimus porticum sitam fuisse ‚iuxta prytaneum‘ (cf. I. G. XII. 3. 170 vs. 22—23: *ἐπὶ τᾶς στοιᾶς τᾶς παρὰ τὸ πρυτανεῖον)*, in oppido Arcesine templum quoddam ‚prope ad Lycium‘ (cf. I. G. XII. 7. 1. v. 4. (V. saec. a.): *τõ νεὼ τõ πρὸς τõ Λυκείο)*, in oppido Teo in Asia sito insulam quandam ‚prope ad aulam regiam‘ (cf. I. G. ed. Boeckhius no. 3069 vs. 22—23: *τὴν συνοικίαν τὴν πρὸς τῷ βασιλείῳ τὴν πρότερον οὖσαν Μικρίνου*[1]).

Athenis exstabat templum Nelei, situm ‚*παρὰ τὰ ἰκρία*‘ i. e. ‚iuxta pulpitum‘ (cf. I. G. I. Suppl. 53 a vs. 27—28), in oppido Teo aedificium ab Attalo rege nominatum, situm ‚prope ad theatrum‘ (cf. I. G. ed. Boeckhius no. 3069 v. 20: *τὸ 'Αττάλειον τὸ πρὸς τῷ θεάτρῳ)*, in urbe Larisa hortus quidam situs ‚iuxta proscenium‘ (cf. I. G. IX. 2. 522 vs. 17—18 (III. saec. exeunt. aut II. saec. ineunt.): *εἰς τὸν χόρτον τὸν νῦν ὄντα κατὰ τὸ προσκή[νιον — —)*[2]).

Reperimus autem nonnullis in designationibus etiam alia aedificia, quae neque templa neque aedificia publica sunt. Quod ut explicemus, coniciamus necesse est, haec aedificia satis nota fuisse et excellentia aliqua.

Quod legimus in titulo quodam Atheniensi (I. G. II. 2. 1056 vs. 6—8 (aetat. Lycurgi): *πρὸς ταῖς — — — — ταῖς παρὰ τὸ Διοχάρους βαλανεῖον* et in altero (I. G. II. 2. 814 v. 33 (IV. saec. a.): *[τὰ] κεραμεῖα, ἃ τὴν Εὐφά[ντου], ο[ἷ]ς γεῖ[τον] τὸ βαλανεῖον τὸ 'Αρ[ίσ]τωνος*, hinc consequitur balnea Diocharis et Aristonis aedificia haud ignota fuisse, ita ut ex iis designationem facere liceret.

1) Quod hic adduntur verba: *τὴν πρότερον οὖσαν Μικρίνου*, de hoc designandi usu conferas ea, quae infra exponemus.

2) cf. etiam ibid. vs. 11—12: *εἰς τὸ μέρος τὸ πρὸς τὸ θέατρον*. Verisimile autem est agi de parte horti cuiusdam.

Idem valet de ‚turri rotunda‘, quae commemoratur in titulo Eleusinis oppidi (cf. I. G. II. 2. add. 834 b I v. 20 (IV. saec. a.): *τὸ ἀνάλημμα τὸ παρὰ τὸν πύργον τὸν στρογγύλον)*.

Talia et eiusdem generis complura saepius invenias.

Hippocrates narrat se aegrotos quosdam curasse, qui habitabant ‚*παρὰ τὸ θέρετρον*‘ i. e. ‚iuxta domum aestivam‘ (cf. Epid. II p. 660 L.).

Satis mira denique est designatio haec, tradita in titulo Arcesines oppidi (I. G. XII. 7. 1. v. 3 (V. saec. a.): *ἐν τῶι 'Ηραίωι πρὸς τõ καινõ οἴκο τῆς γωνίας* i. e. ‚prope ad novam domum in angulo platearum sitam‘.

Quas adhuc tractavimus designationes, quamvis inter se differrent, tamen in eo consentiebant, quod in unaquaque inerat certa ratio et quae facile perspici posset.

De quibus mox disseremus, multo implicatiores et difficiliores sunt et adeo variant, ut nulla nulli par et aequalis sit. Ideo haud facile est dictu, quid iis commune sit, nisi quod fines terminantur cum aliis rebus tum lapidibus terminantibus *(ὅροις)*, fossis, praesertim viis agros finientibus. Videtur autem plerumque minus id spectari, ut ager, quis sit, indicetur et distinguatur a ceteris, quam ut fines accuratissime describantur.

Huius generis exemplum, quod, comparatum quidem cum aliis, satis simplex est, reperimus in titulo Tenio supra commemorato (1 G. XII. 5. 872 vs. 46—47): *τὸ χωρίον τὸ καλούμενον — ⸗ — — —, ὡς ὁρίζει ἡ ὁδὸς κύκλῳ, ἧ γείτονες Πλείσταρχος, 'Αρτύμαχος*.

Huic loco paene aequalis est alius eiusdem inscriptionis (l. l. vs. 17—19): *τὴν οἰκίαν καὶ τὰ χωρία τὰ*

ἐν Ἐλαιοῦντι[1]) *καὶ τὰς ἐσχατιάς, ὅσαι εἰσὶν τῶν χωρίων τούτων καὶ τὸ ὕδωρ, οἷς γείτονες Ἀλ — — — — —, ὡς ὁρίζει ἡ ὁδὸς ἡ ἐκ κώμης ἄγουσα ἐπὶ τὸμ πύργομ τὰ ὑποκάτω πάντα ὅσα ἐπρίατο Πασιφῶν παρὰ Σιμίου,* nisi quod haec designatio amplificatur priore possessore nominato: *ὅσα ἐπρίατο Πασιφῶν παρὰ Σιμίου.*

Via vel potius viis ager definitur etiam in titulo Chio (BCH III p. 245 III A vs. 29—35. (IV. saec. a.): *Ἐγδίδο]μεν τὴγ γῆν τὴν Κλυτιδέων τὴν π[ατρώιη]ν* (?), *αἴδασμον, αὐτὴγ καὶ τὰ ἑπόμεν[α τῆι γῆ]ι πάντα, καὶ τῆς ἑκατοστηρίης τ[ὰ δύο, ἀρ]ιστερὰ τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Ἀκτὰς φ[ερούση]ς ἀπὸ τῶν Καοκασίωνος τοῦ Ἑρμη[σίλεω ἕω]ς τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Πάρβαντα φε[ρούσης, πλ]ὴν τῆς Λαγοείης.*

Hunc ad locum adnotat Haussoullier (l. l. p. 251): „Des deux terres l'une fait partie du patrimoine des Klytides et n'est pas soumise à l'impôt *(πατρώιην ? αἴδασμον):* ils là cèdent tout entière, avec ses dépendances. L'autre est sujette à l'impôt du centième *(ἑκατοστηρίη γῆ* par opposition à *γῆ αἴδασμος):* ils n'en cèdent que les deux tiers, *τὰ δύο,* se réservant une partie, dont le nom est donné, *πλὴν τῆς Λαγοείης*“ [2]).

Ἀκταί est locus Chius, aliunde haud notus, nisi quod *Διόνυσος Ἀκταῖος* commemoratur C. I. G. ed. Boeckhius Add. 2214e [3]).

Πάρβαντα autem verisimile est oppidum Chium esse [4]).

Ut quidem videtur, huc spectant etiam ea, quae legimus in titulo Orchomenio, in quo agitur de assignatione agri publici (I. G. VII. 3170 vs. 8—12): *ἕβδομον τόμον*

---

1) Tribus vel pagus Teni insulae.

2) Quomodo hoc nomen interpretandum sit, videas infra.

3) cf. l. l. p. 241 annot.

4) cf. l. l. p. 241 annot.: Rapprocher *Βαβράντιον*, cité par Étienne de Byzance: *τόπος περὶ Χίον . . . . ἔοικε δ' ὑποκοριστικὸν τοῦ Βάβρας. — Βάβρας πολίχνιον Αἰολίδος ἐγγὺς Χίου.*

εἶμεν — — — — — ἐντὰν ὁδὸν τὰν ἐπὶ Λεβάδειαν — — — — — λωτρὰ τᾶς Προβασίας[1]). At sunt mutilatiora, quam ut certe diiudicari possit.

Sed alio loco eiusdem tituli, quamvis et ipso mutilato, satis certo cognosci potest, determinationem fieri lapidibus finalibus *(ὅροις).* Verba sunt haec (l. l. vs. 8—12): *δεύτερον τόμον εἶμεν — — — — ἐν τὸν ὅρον τὸν ἐπὶ τῶ χαράδρω τῶ ῥίοντος ἐκ τᾶς Βου — — — — — — — — ιον ἐν τὸν ὅρον τὸν ἐν τῆ ὁδῦ τῆ ἐπὶ Χηρώνιαν ἐπὶ — — — — — — ἐπὶ τὸν ὅρον τὸν ἐν τῆ Λουσιάδι*[2]) *ὄπισθεν τῶν — — —.*

Ambae designandi rationes, et e via et e lapidibus, coniunguntur in iis, quae in donatione Camiri oppidi Rhodii exstant (I. G. XII. 1. 736 vs. 2—9): *τῶι κοινῶι ἔδωκε δωρεὰν ἐς ταφία τᾶς γᾶς τᾶς ἐν Ῥογκύωι*[3]) *ὡς ἁ ὁδὸς ἁ φέρουσα ἐξ Ἀγγυλείας*[4]) *εἰς Ἱπποτείαν*[5]) *μᾶκος ὀργυᾶν εἴκοσι πέντε, πλάτος ὀργυᾶν δεκαέξ, ὡς ὅροι κεῖνται.*

Quibus respondent in locationis titulo Mylasae oppidi haec (Dareste-Haussoullier, op. cit. I. no. XIII quater A v. 10): *τὴν καλουμένην Ἁρμοκόδωκα καὶ τὴν ἐχομένην ταύτης ἕως τε τῆς Τροβαλισσικῆς ὁδοῦ καὶ ὡς τὰ ὅρια πέπηγεν.*

---

1) cf. Dittenbergerum in commentario: Nam hoc nomine *(Προβασία* scil.) eundem fluvium indicari, cuius memoria exstat apud Theophrastum hist. plant. IV, 11, 8: *καθ' ὃ ἡ Προβατία καλουμένη καταφέρεται· τοῦτο δ' ἐστὶ ποταμὸς ῥέων ἐκ Λεβαδείας,* Keilius primus vidit. Qui fluvius a Lebadea orientem versus per fines Orchomeniorum fertur et in lacum Copaïda influit.

2) Dittenbergerus suspicatur rivum sive fontem agri Orchomeniorum esse (cf. commentarium).

3) Hiller v. Gaertringen in commentario: „*Ῥογκύον* s. *Ῥογκίον* idem erit locus, cuius gentilicium est *Ῥογκίδας* (n. 177) s. *Ῥυγχίδας* (n. 178), Camirensis agri scilicet pagus sive ctoena“.

4) Locus ignotus.

5) Selivanov, Topogr. Rhod. 1892, 71 sq. contulit *Ἱπποτείαν* cum Hippotadis Amphineorum patra (n. 695, 21).

Fossa denique primam partem agit in his (I. G. XII. 5. 872 vs. 67—69. (tit. Tenius): *τὸ χωρίον τὸ ἐν Ἡρακλειδῶν, ἐν ᾧ τὸ ἡρῶόν ἐστι τὸ ἐπάνω τῶν χωρίων τῶν — — — —, ὡς ὁρίζει ὁ χειμάρρους ὁ καταρρέων εἰς τὴν ὁδὸν κατὰ τὰ χωρία τὰ Καλλιφῶντος, οἷς γείτονες Κτήτων, Σιμίας.*

Flumen et viam reperimus in alio loco eiusdem tituli et loco satis implicato (l. l. vs. 31—33): *τὰς ἐν Σαπήθῳ αἱμασιὰς τέτταρας, αἵ εἰσιν ἐπάνω τῆς χώρας τῆς κάτω τῆς πρὸς τῷ κήπῳ, ὡς ὁρίζει ἡ ὁδὸς ἡ ἄνω ἄγουσα καὶ κάτω ποταμός, οἷς γείτονες Αἴσχρων Δημ — — — — —, περὶ ὧν ἐνίκησεν Ἀναξικλῆς Φιλοθέαν τὴν δίκην.*

In verbis ‚*περὶ ὧν ἐνίκησεν κ. τ. λ.*‘ adiunctis recoagnoscimus simile aliquid illis ‚*ὅσα ἐπρίατο Πασιφῶν παρὰ Σιμίου*‘ (cf. supra). Quod autem attinet ad illa ‚*οἷς γείτονες Αἴσχρων Δημ — — — — —*‘ elucet referenda esse ad proxima, viam scilicet et flumen.

Talia et eiusmodi exempla facile plura invenias. At haec sufficiant, praeterquam quod attulerim e titulo Delphico haec (BCH VII p. 429 no. VI vs. 19—24 (II. saec. a.): *Τᾶς ἱερᾶς χώρας ὑπάρχειν τόπον ταῖς ἱεραῖς βόοις καὶ ἵπποις καταλελειμμένον ἀπὸ τᾶς ὁδοῦ τᾶς ἐπὶ τὸ Ἄστυρον ἀγούσας, δι ἁ ὁδὸς ἄγει ἐπὶ τὸν Παιπαλίδαν καὶ ἐν τὸ Λακωνικόν. ἀπὸ τοῦ Λακωνικοῦ — — — — — αν ἐν τὰν νάπαν τὰν ἐν Ἱεραπετείαι [εἰς ὀρθόν, ὡς ἁ] ὁδὸς ἄγει ἁ ἐξ ἱπποδρόμου ΑΞΕΝΙΣΑ ἐπὶ τὸ Λ — — — —*

Omnibus e locis, quae hic commemorantur, ne unus quidem notus est nisi hippodromos [1]).

Ἄστυρον est forma diminutiva vocis *ἄστυ* [2]). Quod autem oppidulum intellegendum sit, in dubio est.

---

1) cf. Foucart, l. l. p. 430: La portion du territoire à réserver pour les animaux sacrés est déterminée par différents points. Un seul est connu, l'hippodrome, qui était dans la plaine de Cirrha.

2) cf. Hesychion s. v. ἄστυρον· πόλισμα.

Παιπαλίδης nos monet *παιπάλην* i. e. pollen. Tuo iure suspicari potes, *Παιπαλίσαν* esse agrum vel fundum vel regionem frumento consitam.

Difficillimum autem explicatu est *τὸ Λακωνικόν*. Mihi quidem verisimillimum videtur cogitandum esse de aedificio.

ΑΞΕΝΙΣΑ denique litteras Foucart apparet non perspexisse, quid significarent. Neque tamen dubium est, quin legendum sit: *ἁ Ξενὶς ἁ*. Hoc enim nomen *Ξενίδος* inditum est etiam duabus aliis viis. Altera exstat in agro Mantineae urbis, ut testatur Pol. 11, 11, alteram cognovimus e titulo Halaesini oppidi Siciliensis (cf. I. G. XIV. 352 I. v. 15).

Hoc in genere habendae sunt etiam inscriptiones Siciliae et Magnae Graeciae, tabulae, quae dicuntur Heracleenses, et titulus quidam Halaesae oppidi, ita tamen, ut nonnullis rebus differant.

De ratione describendi adhibita in titulo Halaesino (I. G. XIV. 352; aetat. Roman.) uberius disputavit Kaibelius in commentario.

Constat titulus e partibus duabus, quarum in utraque qui describuntur agri „maximopere", ut ait Kaibelius, „inter se differunt". „Illic", ut ipsius Kaibelii verbis utar, „solum planum ac ferax, variis arboribus consitum, multis fluviis, rivis, fossis perfusum, hic colles, saltus, rupes, turres, aedificia, nec tamen agar sterilis vel aquarum inops; haec omnia et si quae sunt alia, inserviunt finibus observandis".

Termini appellantur vocabulo a Romanis accepto *τέρμονες*. Fossarum et rivulorum internoscuntur varia genera, *ῥοῖσκοι*, partim numeris notati *(α' ῥοῖσκος β' ῥοῖσκος* etc.), *ῥοείδια, σκαφιαί*. Item olivarum invenimus complura genera, de quibus Kaibelius in commentario haec dicit: „Omnium saepissime pro terminis sunt arbores olivae et saepe quidem eiusdem agri complures sunt et in uno rigore, quod ubique eodem modo significatur *ἐς τὰν ἐλαίαν*,

ἐν ᾇ τέρμων. Itaque in ipsis oleis notae quaedam fuerint necesse est, fueruntque ‚arbores notatae'. Iam vero in paginae saltem prioris capitibus omnibus et in posterioris prioribus, ubicumque ab olea ad oleam fines deriguntur, ad extremum haec formula adicitur *αἱ ἐλαῖαι αἱ ἐπιγεγραμμέναι αὗται ἕπονται τῷ κλάρῳ τούτῳ,* contra ubi non sunt oleae pro terminis, deest formula: hinc consequitur, oleas terminales ipsas esse *τὰς ἐπιγεγραμμένας.* Ab his autem notatis arboribus distinguendae sunt eae, quibus nota *ΓΑ̊Ι* insignita esse dicitur, quae, quoniam non additur, pertineantne ad ipsam sortem necne, hinc colligi potest, addito hoc opus non fuisse ipsamque notam quo arbores pertinerent docuisse: conieci notam illam explicandam esse *πό(λις) 'Α(λαισίνων)".*

Ad haec omnia illustranda affero exempla nonnulla:

I. vs. 36—45: *ἀπὸ τοῦ ἀγριελαίου, ἐν ᾧ τέ(ρμων) καὶ κατὰ τοῦ ῥοειδίου ἐς τὰν ἐλαίαν, ἐν ᾇ τέ(ρμων), καὶ ἐς τὰν ἐλαίαν, ἐν ᾇ τέ(ρμων), καὶ ἐς τὰν ἐλαίαν τὰν ἐπιγεγραμμέναν ΓΑ̊Ι καὶ ὡς αἱ σκαφιαὶ αἱ παρὰ τοὺς πασσάλους καὶ κάιω ὡς αἱ σκαφιαὶ καὶ οἱ πάσσαλοι ἄχρι ἐς τὰν σκανὰν καὶ ἐκ τᾶς σκανᾶς ἂν τοῦ τοίχου καὶ ὡς ὁ τοῖχος ἐς τὰν σκαφιὰν καὶ ὡς αἱ σκαφιαὶ ἐς τὸν τέ(ρμονα) τὸν ὑπὲρ τᾶς ὁδοῦ καὶ ἂν τᾶς ὁδοῦ ἐς τὸν τέ(ρμονα) τὸν ποτὶ τᾷ 'Ιπύρρᾳ καὶ ὡς τὰ ὅρια τοῦ η' κλάρου. ἁ σκανὰ κοινὰ ποτὶ τὸν μισθωσάμενον τὸν ι' κλᾶρον. αἱ ἐλαῖαι αἱ ἐπιγεγραμμέναι αὗται ἕπονται τῷ κλάρω τούτῳ.*

σκανά est tentorium rusticum; *"Ιπυρρα* autem fons.

vs. 20—25: *ἀπὸ τοῦ ὁρίου τοῦ [σ'] κλάρου κατὰ τᾶς ὁδοῦ τᾶς ἀγούσας ἐπὶ τὸ Τάπανον ἐς τὰν σκαφιὰν τὰν παρὰ τὰν Θεματεῖτιν*[1]) *καὶ ὡς αἱ σκαφιαὶ παρὰ τὰν ἅλον ἐς τὰν ἐλαίαν, ἐν ᾇ τέ(ρμων), καὶ ἐς τὸν ῥοῖσκον καὶ ἂν τοῦ ῥοῖσκου ἐς τὰν ὁδὸν τὰν ἐπὶ τὸ Τάπανον. αἱ ἐλαῖαι αἱ ἐπιγεγραμμέναι αὗται ἕπονται τῷ κλάρῳ τούτῳ.*

1) cf. ea, quae supra diximus.

Τάπανον aedificium arte munitum esse intellegimus e versibus 52—53, ubi dicitur, *Τάπανον* esse *περιτείχισμα.*

II. vs. 63—70: *ἀπὸ τᾶς ῥινὸς τᾶς κατὰ τὸ ἱερὸν τοῦ 'Απόλλωνος τᾶς κατὰ τὰ χάλκια τὰ ποτὶ τῷ μαγειρικῷ ὑπὸ τὸν πύργον ἔστε ποτὶ τὰν ῥῖνα τὰν πελαστάταν ποτὶ τὸ τυρρίδιον καὶ κατὰ τοῦ ῥάχα* (i. e. *ῥάχιν*)[1]) *ὡς αἱ σκαφιαὶ ἐς τὰν ἅλον καὶ ἐς τὸν τέ(ρμονα) καὶ κάτω ὡς αἱ σκαφιαὶ ἐς τὸν τέ(ρμονα) καὶ ὡς ὁ τέ(ρμων) καὶ αἱ σκαφιαὶ ἐς τὸν β' ῥοῖσκον καὶ κατὰ τοῦ ῥοῖσκου ἐς τὸν ῥοῦν τὸν "Αλαισον καὶ ἂν τοῦ 'Αλαίσου ἐς τὸ ὅριον τοῦ ε' κλάρου.*

„*'Ρίς* fortasse significat supercilium", dicit Kaibelius in commentario[1]).

ἅλον Boeckhius[2]) vult *ἅλωα* i. e. aream accipi.

Similes descriptiones occurrunt in tabulis quae dicuntur Heracleenses (I. G. XIV. 644. 645), ubi agri Apollinis et Dianae, quibus manus attulerant privati homines, reficiuntur, nisi quod hic internoscuntur varia genera viarum, quarum naturam exponere conabimur.

644 vs. 15—17: *τὰν μὲν πράταν μερίδα* (scil. *κατετάμομες) ἀπὸ τῶ ἀντόμω τῶ πὰρ' τὰ 'Ηρῴδεια* (i. e. Herodis agros) *ἄγοντος εὖρος ποτὶ τὰν τριακοντάπεδον τὰν διὰ τῶν ἱαρῶν χώρων ἄγωσαν, μᾶκος δὲ ἄνωθα ἀπὸ τῶν ἀπορρᾶν ἄχρι ἐς ποταμὸν τὸν "Ακιριν.*

645. vs. 23—25: *ἀπὸ δὲ τῶ Ϝικατιδείω τὰν ἐς ποταμὸν τὸν "Ακιριν γᾶν ποτιγενομέναν τὰν ἐν μέσσῳ τᾶς τε ἑκατομπέδω καὶ τᾶς 'Ηρακλείας ὁδῶ.*

ibid. vs. 63—67: *Τετάρτα μερὶς μᾶκος ἀπὸ τῶ Ϝικατιδείω ἐπὶ τὰν τράφον τὰν πὰρ ποταμόν, εὖρος ἀπὸ τῶν ὅρων τῶν τᾶς τρίτας μερίδος ἐπὶ τὼς ὅρως καὶ ἐπὶ τὸν ἄντομον τὸν διατάμνοντα τὼς χώρως, τὸν ἐτάμομες ἐκ τῶ Ϝικατιδείω ἐς ποταμόν.*

1) cf. Kaibelium in commentario.

2) cf. (1 G. ed. Boeckhius) no. 5594 in commentario.

In his *ἄντομος* de limitum quodam genere dictus esse videtur, ab *ἀν(α)τέμνω* verbo derivatus. Est autem semita, qua agri „dissecantur".

Ϝικατίδειος est *ἄντομος* viginti pedes latus.

τριακοντάπεδον et *ἑκατόμπεδον* (scil. *ὁδὸν*) apparet item limites fuisse et limites triginta et centum pedes longos.

Ἡρακλεία autem *(ὁδός)* sine dubio via publica erat velut dicebatur apud Romanos „Via Tiburtina".

Neque vero dubium est, quin haec ratio agrorum finiendorum, ut quae in Magna Graecia et Sicilia occurrat, sumpta sit a Romanis, quos eodem modo in agris metiendis usos esse comperimus e gromaticis Latinis.

Legimus enim in Hygini libello, qui dicitur „De generibus controversiarum", haec: „Finis enim multis documentis servabitur .... utrum terminibus, aut arboribus notatis aut fossis aut viis aut rivis aut iugis montium aut devergiis aquarum, aut, ut solet, vepribus, aut superciliis, aut rigoribus et saepe normalibus, aut, ut comperi aliquibus locis, inter arva marginibus quibusdam tamquam pulvinis, saepe etiam limitibus. His enim fere generibus solent fines observari" 1).

Cum his consentiunt illa, quae scripta videmus in Hygini libro „De condicionibus agrorum" inscripto: „Fines vero his signis inter se dividebant, fossis manu factis, arboribus ante missis, fluminum intervenientium cursu, iugis quoque montium, superciliis, nec non itineribus vel divergiis aquae; quae aut loci natura aut sollers procuravit antiquitas" 2).

---

1) cf. Gromatt. vett. edd. Blume, Lachmann, Rudorff p. 126 vs. 9 sqq.

2) cf. op. cit. p. 115. vs. 8 sqq. Ceterum cf. etiam p. 347 vs. 19 sqq; 24 sqq; p. 400 vs. 23 sqq.

Liceat mihi pauca addere de ratione quadam designandi, quae non est, ut ita dicam, topographica; neque enim fit e notis, quas regio praebet, sed e priore possessore vel uno e prioribus possessoribus.

Quem agrorum designandorum usum iam saepe observabimus.

Hic quidem sufficiat e permultis titulis unum tantum afferre Atheniensem quendam aetatis Hadrianeae (I. G. III. 1. 61), in quo satis clare et perspicue apparet id, de quo agimus.

Qui titulus est catalogus fundorum ita institutus, ut primo loco habeas nomen possessoris casu nominativo, altero fundum genitivo, sequente nomine proprio aut alia appellatione fundi, tertio descriptionem situs.

Quod nobis illustrent exempla nonnulla:

A I vs. 11—13: *'Αρρία 'Αθήνιον χωρ. Μήνιδος καὶ 'Απολλωνίου Αἰθαλιδῶν καὶ ψειλοῦ 'Αμφιαράου* i. e. Arria, civis Atheniensis, possidebat tres fundos, quorum primus antea Menidis, alter Apollonii, tertius Amphiarai proprius fuerat.

Quae additur vox *Αἰθαλιδῶν*, significat, fundos illos sitos fuisse in pago, cui nomen erat *Αἰθαλίδαι*.

A III. vs. 33. 34: *Οὐειβούλλιος Πεμπτείδης Μαραθ(ώνιος) χωρ. 'Ερμαφροδείτου Φλυῆσι* i. e. Vibullius Pemptides Marathonius possidebat fundum, qui antea proprius fuerat Hermaphroditi. Qui fundus situs erat in pago, qui appellabatur *Φλυεῖς* 1).

---

1) cf. etiam A II vs. 6—9, 24—25, 37—38, 41—43.

II.

Iam ad alteram partem instituti sermonis nos conferimus, quae est de nominibus propriis.

Supra vidimus metalla denominata esse a diis et heroïbus. Sic invenimus etiam fundos appellari.

Quibus in appellationibus aut nomen fundi fluit e nomine dei accedente syllaba derivativa aut nomen dei integrum fundo imponitur [1]).

In agro Oropi oppidi fundus exstabat, nominatus *Μητρῷον* (I. G. III. 1. 61. A III v. 29) e magna Matre.

A Cecrope nominatum est *Κεκρόπειον* (I. G. III. 1. 61. B II v. 39), fundus Atticus in pago Thria situs, e Theseo autem *Θησεῖον* (I. G. II. 2. 1059 v. 3), alter fundus Atticus in Piraeo situs.

Nomen Minois inest in *Μινῴᾳ* (I. G. IX. 1. 693 v. 12), regione Corcyrae insulae.

1) Liceat mihi afferre complures appellationes, quae, quamvis non sint nomina propria, tamen huc pertinere mihi videntur. *Μουσῶν κῆπος* (I. G. II. 2. 1095) et *ἐσχατιὰ Ὀρεαδῶν* (I. G. III. 1. 62 v. 16) exstabant in Attica, *κῆπος Ἡρακλέος* (Hermes III p. 237 v. 2) Thasi in insula. *Γραίας αὐλή* (BCH 25 p. 338 v. 10), in Achaia Phthiotide sita, erat aula Cereris sacra, cui *Γραία* nomen fuisse testatur Hesychius (s. v. *Γραία*). *Ἅλως Ἄρεως*, area Martis, nominabatur ager quidam prope ad Hyettum urbem situs. (I. G. VII. 2808a vs. 29—30).

In insulis maris Aegaei habemus *Σεράπιν* (I. G. XII. 3. 343. v. 3), *Ποσιδάνιν* (I. G. XII. 3. 345 v. 6), *Ἀχιλλικόν* (I. G. XII. 3. 182 v. 2), *Κυννείην* (BCH XXX p. 438 no. 25D v. 9), *Χαρωνείαν* (BCH XIV p. 390 vs. 10—11), *Διονύσιον* (ibid. v. 8).

Σεράπιν et *Ποσιδάνιν*, fundi Therenses a Serapide et Neptuno nominati, occurrunt in titulo quodam recentissimo, qui est, ut Kirchhoffii verbis utar, ‚index a tributorum exactoribus publice propositus' [1]).

In eiusdem generis titulo invenimus *Ἀχιλλικόν*, fundum Astypalaeae insulae, ubi constat Achillem cultum fuisse ut deum.

Κυννείην, pagum Cei insulae, Graindorius putat nomen duxisse ab Apolline *Κυννείῳ*, quem venerabantur Corinthi, in Attica, Temni in oppido Aeolico [2]).

Χαρωνεία autem et *Διονύσιον* erant fundi Apollinis Delii sacri, nominati e Charontide et Baccho et siti Rheneiae in insula.

Χαρωνείαν Homollius censet quaerendam esse prope ad *νεκρόπολιν* quae dicitur et inde nomen reperisse [3]).

Διονυσίου nomen originem traxit a fano Bacchi [4]), velut *Δρομάης* (I. G. XII. 2. 74 v. 12), pagus Mytilenensis, nomen

1) cf. I. G. IV. 8657 commentarium.

2) cf. BCH XXX p. 448: Comme le *Διονύσιον* des comptes déliens (BCH XIV p. 390 l. 7), ce nom de lieu doit avoir pour origine le nom d'une divinité. On connaît le culte d'Apollon *Κύννειος* à Corinthe, en Attique et en Éolide, à Temnos. *Κυννείη* est probablement un nom de dème à rapprocher de ceux de *Κίκυννα* où *Κικυννῆς*, qui sont des formes redoublées de la même racine.

3) cf. BCH XIV p. 425: „En continuant on arriverait à placer la Charoneia auprès de la nécropole, et le nom trouverait dans ce fait même une explication naturelle".

4) cf. BCH XIV p. 426: „*Διονύσιον* paraît avoir pour origine un sanctuaire de Dionysos".

recepit a fano Apollinis Dromaei [1]) et *Μαλόεις* (I. G. XII. 2. 74 v. 5), locus quidam Lesbicus, a templo Apollinis, qui cognomen *Μαλόεντα* habebat, ut quidem testatur Stephanus Byzantinus s. v. *Μαλόεις· Ἀπόλλων ἐν Λέσβῳ· καὶ ὁ τόπος τοῦ ἱεροῦ Μαλόεις.*

Denique ex Asia affero *Πριάπιον* (BCH IV p. 337 v. 25), agrum Trallianum.

Quod attinet ad alterum genus nominum, Maassius de nomine *Μελλίσσου* huc pertinente ita disseruit: „Wenn man sich an der Gleichheit von Orts- und Personennamen gestoßen hat, so ist das ungerechtfertigt. Nicht zwar nach beliebigen Personen, wohl aber nach Göttern und Heroen (seit den makedonischen Königen auch nach diesen, dann aber im Plural) pflegten die Griechen ihre Ortsnamen zu bilden, die Phalanthus in Arkadien, Panopeus in Phokis, Aristaeus auf dem Haemus, Euryalus bei Syrakus. Eurymedon heißt ein pamphylischer Fluß, Oromedon, „Bergesherr", ein Gigant und zugleich ein Gebirge auf Kos, Tityrus ein Berg auf Kreta, auf welchem eine Göttin ihren Tempel besaß, dieselbe, welche Minos mit aufdringlicher Liebe verfolgt haben soll, so daß sie ins Meer sprang und nach Aegina entfloh, Aphaea-Diktynna" [2]).

Talia nomina etiam fundi ferunt.

Praeter *Μέλλισσον* (BCH XXX p. 438 no. 25D v. 23) illum, qui est pagus vel fundus Cei insulae, nominatus a Melisso, deo apium, qui ibi colebatur, habemus *Ἀσκληπιόν* (I. G. III. 1. 61. vs. 38—39), fundum Atticum, *Ἑρμῆν* [3]) (I. G. XII. 3. 345 v. 14), fundum Therensem, *Ἡρακλῆν* (I. G. XII. 2. 78b v. 2), fundum Mytilenensem, denique *Νύμφας* (BCH IV 337 v. 26), agrum prope ad urbem Trallis situm.

1) cf. Meisterum, Studia Nicolaïtana p. 6.

2) „Griechen und Semiten auf dem Isthmus" p. 62 sq.

3) *Ἑρμῆς* locus exstabat etiam in regione urbis Lati in Creta sitae (cf. Collitz-Bechtel, op. cit. no. 5075 D v. 55).

In his habendus est etiam *Ἄλθηφος* (BCH X p. 142B v. 26), locus quidam Troezenii agri, de quo dicit *Μυλωνας* [1]): „*Ἄλθηφος φαίνεται ὅτι ἦτο τοποθεσία τις τῆς Τροιζῆνος ἐπονομασθεῖσα οὕτως ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦ Ποσειδῶνος Ἀλθήφου, ἐξ οὗ κατὰ τὸν Παυσανίαν* (2, 30, 5) *ὠνομάσθη καὶ ἡ Τροιζηνία γῆ Ἀλθηπία*".

In dubio est, num huc spectet etiam *Ἐρινός* (BCH XXX p. 438 no. 25D v. 24), locus Cei insulae. *Ἐρινός* enim teste Hesychio [2]) aut deus est aut ficus agrestis. Itaque dicit Graindorius [3]): „Cet endroit pourrait donc devoir son nom soit à un arbre, un figuier sauvage (comp. *ἐν Ἐλαιοῦντι*, à Ténos, Inscr. jur. gr. I, 7, c. 18 et *Ἐλαιοῦς*, dème attique), soit à un dieu Erinos, qui était certainement une divinité champître comme l'Erin(is) pater des Latins".

In titulo Cretensi, quo definiuntur agri Lati et Oluntis urbium, legimus (Collitz-Bechtel op. cit. no. 5075 D vs. 53—54): *κατὰ τᾶς κεφαλᾶς τᾶν ναπᾶν τᾶν ἐμ Μίτοις.* Apparet *Μίτους* intellegendos esse locum vel regionem, cui nomen dedit *Μῖτος* heros. Notabile autem est, quod in hoc nomine invenimus eundem numerum pluralem atque in nominibus talibus, qualia sunt *Φίλιπποι, Ἀθῆναι.*

Quod iam transimus ad nomina ab hominibus derivata [4]), etiam in his duo genera distinguenda sunt. Aut

1) BCH X p. 146 *Στ* 26.

2) cf. s. v. *ἐρινός· θεὸς ἢ σῦκον ἄρρεν.*

3) cf. BCH XXX p. 449.

4) Etiam in Germania moris fuit, ut nomina possessorum transferrentur si minus ad fundos, at certe ad domos cf. Grohne, op. cit. p. 38: Zu gleicher Zeit mit den vorher behandelten Hausnamen, die meist auf ein natürliches Hauskennzeichen zurück gehen, beginnt man auch das Haus nach dem Namen des Hausbesitzers zu nennen. Bei den Häusern, die eines sonstigen prägnanten Kennzeichens entbehren, entwickelt sich der betreffende Name zu einer Art von Kennzeichen; und zwar leuchtet von vornherein in dieser Entwicklung durch, daß der also verwandte Personenname in erster Linie das Haus kennzeichnen und in zweiter Linie erst den Besitzer nennen soll.

enim syllaba derivativa accedit aut nomen hominis integrum transfertur in fundum.

Primo in genere habendi sunt complures fundi Therenses: *τὸ Τεισαγόρειον* (I. G. XII. 3. 327 v. 10) i. e. fundus Tisagorae, *τὰ Καλλιστράτεια* (ibid. v. 11) i. e. fundi Callistratis, *τὰ Μενάνδρια* (I. G. XII. 3. 344 v. 11) i. e. fundi Menandri, *τὰ 'Οφραγόρεα* (I. G. XII. 3. 343 v. 13) i. e. fundi Ophragoris, duo fundi Attici: *τὸ Θεοδωρεῖον* (I. G. II. 5. 1059b vs. 1—2) i. e. fundus Theodori, et *τὰ Φλαουιεῖα* (I. G. III. 1. 61. v. 52) i. e. fundi Flavii, tres fundi Asiatici, quorum duo, *ἀγρὸς Νεικοστρατιανός* (BCH IV. 337 v. 18) i. e. ager Nicostratis et *χωρία Πεισωνιανά* (ibid. v. 36) i. e. fundi Pisonis, siti sunt prope ad urbem Trallis, tertius, nominatus *'Ατειμητιανόν* (BCH XII. p. 207 v. 3) i. e. fundus Atimeti, prope ad Magnesiam urbem, denique *Μακρινιανά* (I. G. XII. 2. 77 d_4) i. e. fundi Macrini, prope ad Mytilenen urbem sita.

Interdum apparet fundum nomen prioris possessoris retinuisse.

In titulo Atheniensi I. G. III. 1. 61 commemoratur fundus, nominatus *Στρατωνιανόν* (A II vs. 7—8) i. e. fundus Stratonis, quem possidet Publius Aelius Attalus.

Alterius fundi, nominati *'Ελπιωνιανοῦ* (ibid. v. 38) (i. e. fundus Elpionis) possessor est Nymphodotus, tertii, nominati *'Αντιπατριανοῦ* (ibid. A III v. 37) (i. e. fundus Antipatri) Flavius Philotianus, quarti, nominati *Νιγριανοῦ* (ibid. v. 45) (i. e. fundus Nigri) Iulia Antiocha.

Hortus autem, qui nominatur *Κειόνιος* (ibid. A II v. 36), proprius est Flavii Dorothei, Flavii Philotimi, Flaviae Lolliae, Flaviae Megistae.

Fundi Apollinis Delii sacri, siti Deli et Rheneiae, partim nomina receperunt a prioribus possessoribus.

'Επισθενεία (BCH XIV p. 390 v. 14), *Χαρητεία* (ibid. v. 10), *Σκιτωνεία* (ibid. vs. 9—10), *Λυκώνειον* (ibid. v. 14),

Σωσιμάχεια (ibid. v. 15), *Νικούχωρος* (ibid. v. 9) sunt fundi, quos antea possederant Episthenes, Chares, Scito, Lyco, Sosimachus, Nicias[1]).

Gens quaedam Phocaica, nominata *'Υλλεῖς*, possidebat agrum *'Υλλεικόν* (I. G. IX. 87 v. 36), de quo dicit Dittenbergerus (Hermes 1906 p. 202): „Das Adjektivum kommt also offenbar von *'Υλλεύς* her. Daß die Inschrift aus Hyampolis in Phokis ist, kann ebenfalls keine Bedenken erregen. Denn einmal brauchen die *'Υλλεῖς*, denen jenes Grundstück gehörte, nicht unbedingt die bekannte dorische Phyle zu sein, sodann aber wäre das Auftreten der letzteren bei den Phokeern, die nicht nur Nachbarn, sondern auch Stammverwandte der Dorier der Tetrapolis sind, nichts weniger als undenkbar".

Alterum genus nominum, quibus deest syllaba derivativa, invenimus in tribus titulis recentissimis, quorum primus est Therensis, alter Astypalaeensis, tertius Mytilenensis.

In Therensi titulo recensentur tres fundi, nominati *Μίμνων* (I. G. XII. 3. 344 v. 3), *'Ωκύαλος* (ibid. v. 4), *Εὐρυδάμας* (I. G. XII. 3. 345 v. 10); in Astypalaeensi titulo occurrit fundus nominatus *Θρᾷσσα* (I. G. XII. 3. 180 v. 10); in Mytilenensi efferuntur nomina *Πυῤῥίου* (I. G. XII. 2. 76 h_3), *Σεμπρωνίου* (ibid. k_8), *Οὐιτελλίου* (I. G. XII. 2. 78 c_1).

Nonnulla nomina incerta sunt, quo pertineant. Quod invenimus in insula Thera fundum quendam *Καρκίνειον* (I. G. XII. 3. 327 v. 10) nominatum, dubitare possumus, utrum intellegendus sit fundus hominis cuiusdam, cui

1) cf. Homolle, BCH XIV p. 426: *Νικούχωρος*· Nicias avait, au rapport de Plutarque, acheté, pour le consacrer à Apollon, un domaine dont le revenu devait être affecté à des sacrifices. On croit retrouver son nom altéré dans la dénomination de cette terre; toutefois la réserve s'impose en raison de cette altération même et à cause de l'écart qui existe entre le prix de location, 271 drachmes, et le prix de l'achat, 10000 dr."

nomen *Καρκίνος* erat, an fundus a *καρκίνῳ*, cancro denominatus. Nec minus verisimilis videtur haec explicatio quam illa, si quidem consideramus *Ἀστακίδα* (I. G. IX. 2. 301 v. 11), in agro oppidi Triccae sitam. Quod nomen derivatum est ab *ἀστακῷ* velut *Φωκίς* a *Φώκῳ*. *Ἀστακός* autem species cancri est.

Talia nomina, ab animalibus orta, satis crebra sunt.

Λεοντίη (scil. *χώρα)* (BCH XII p. 207 vs. 36. 45. 59), ad Magnesiam[1]) sita, est fundus ‚leoninus'.

Λαγοείην (BCH III p. 245 v. 35) (a *λαγῷ*, lepore), in insula Chio sitam, Germanice reddiderim ‚Hasenland', *Λαγινάπυτον* (Collitz-Bechtel op. cit. no. 5075 v. 67) autem, ad Latum urbem Creticam situm, significare putaverim ‚Hasenfels'. Prima enim pars nominis derivata est a stirpe *λαγινο-*, significante ‚leporinum', altera ab eadem stirpe *πυτο-*, quam reperimus in *Μεταλλαπύτῳ* (l. l. v. 68), loco Latensi.

Quam stirpem coniecerim eandem radicem continere, quae est in voce *πύντα*, ita, ut radix *πυτ-* modo suffixo *-ο*, modo suffixo *-να* coniungatur. *Πύτνα* autem, quam habemus e. c. in nomine Cretico *Ἱεραπύτνας*[2]), valebat apud Creticos ‚saxum', ut testatur Hesychius (cf. s. v. *πύτνα)*.

Κορακίας (BCH XIV p. 390 I v. 12) (a *κόρακι*, corvo), fundum Apollinis Delii sacrum, declarare locum, quo corvi se colligere solebant, putat Homollius. Iure enim nobis

1) Intellige Magnesiam ad Maeandrum sitam.

2) cf. etiam ea, quae dicit Grasbergerus op. cit. p. 139 de *Ἱεραπύτνᾳ:* „Falsch ist die Übersetzung mittelst „Heiligenflasche" oder „Pfannenberg" bei PB; schon Chishull und Eckhel nahmen kretisches *πύντα* zu *πέτρα*, nicht etwa zu *πυτίνη* = Weinflasche; ebensowenig findet neuerdings F. Meunier l. c. p. 254 not. die von PB. zitierten Etymologieen zu *Πύτνα* annehmbar, wohl aber die von ‚*πύτνα, πύδνα,* vieux mot dorien pour *πέτρα*'."

suspicari licere corvos in insula Delo creberrimos fuisse, quoniam corvorum venatoribus praemium expensum sit[1]).

Ab equo nomina receperunt *Ἱππασία* (Collitz-Bechtel op. cit. no. 5075 v. 59) et *Ἱππάγρα* (ibid. vs. 51—52), in regione Lati sitae. Eodem loco habendae sunt *Ἱππάς* (I. G. III. 1. 61 B I vs. 22—23), in Attica sita, *Ἱππόβοτος* (scil. *τόπος*) (I. G. VII. 2808 a v. 24), in agro Hyettensi situs, *Ἱππότεια* (I. G. XII. 1. 736 v. 6), in regione Camiri oppidi Rhodii sita, *Ἱππική* (BCH IV p. 337 v. 49), fundus Trallianus.

Quorum nominum quid unum quidque significaverit, haud semper certo perspici potest. Attamen coniecerim, *Ἱππασίαν* locum fuisse, ubi in equitando se exercebant, *Ἱππάγραν*[2]) autem — constat enim ex *ἱππ-* et *ἀγερ-* radicibus — locum, in quem equites convenerunt.

Ἱππάς est nomen eiusdem formae atque *Ἑλλάς*.

Ἱππόβοτος denique, iam apud Homerum usitatum epithetum, is locus intellegendus est, qui equos nutrit.

Velut *Ἱππόβοτος* erat locus, qui equos nutriebat, sic *Συάφνας* (Collitz-Bechtel, op. cit. no. 5075 v. 63), ad Latum sitas, putaverim locum, ubi multae sues educabantur. Apparet enim hoc nomen continere radices *συ-* et *ἀφν-*, quarum haec ‚uberem', illa ‚suem' significat.

Similem notionem inesse etiam in *Συωνίᾳ* (Collitz-Bechtel op. cit. no. 5075 v. 66), quae eadem in regione sita erat ac *Συάφναι*, probabile mihi videtur.

Ortum enim est nomen *Συωνίας* e radice *συων-*, significante haram.

A porcello, *γρύλλῳ* nomen recepit *Γρυλλίη* (BCH XII p. 207 vs. 45. 59), ager ad Magnesiam[3]) situs. Indidem originem traxit, ut quidem videtur, *Γρυλεῖον* (BCH XXIX p. 424 no. 140 B v. 4), pagus vel regio insulae Deli. Ne

1) cf. l. l. p. 428 sq. et 429 annot. 2.

2) cf. *Ἱππαγρέτας* Lacedaemonios.

3) Intellige Magnesiam ad Maeandrum sitam.

offenderis in *λ* simplici, quoniam porcellus Attice *γρῦλος*, non *γρύλλος* dicatur[1]). Dialectus autem Attica iam quinto a. Chr. n. saeculo magnam vim habet ad Ionicam[2]).

Eodem modo ac *Γρυλεῖον* a *γρύλῳ*, derivatum est *Φωκεῖον* (BCH XXX p. 435 no. 25 vs. 16—17), pagus vel regio Cei insulae, a *φώκῳ*. *Φῶκον* autem Hesychius nos docet idem significare quod ‚*φώκαινα, κῆτος θαλάσσιον ὅμοιον δελφῖνί*[3]).

Quae omnia nomina ostendunt syllabam derivativam. Ad Hyettum autem oppidum Boeoticum exstabat locus quidam nominatus *Σῦς*. (I. G. VII. 2808 v. 9[4]).

Dubium est, utrum hoc nomen fluxerit ex ubertate suum an e forma soli. Probabilior videtur illa sententia, si quidem meminimus locum *Σῦν* situm fuisse in regione oppidi Hyetti, quae suum uberrima fuisse videtur. Nomen Hyetti enim dicit Grasbergerus[5]) significare „Schweinau, Schweinhagen, Schweinfurt“, non „Regenstadt“, ut Stephanus Byzantinus vult[6]).

Ceterum saepius evenit, ut nomen animalis immutatum i. e. sine syllaba derivativa fundo imponeretur.

'Αλωπέκιον (I. G. XII. 3. 345 v. 13) nominabatur fundus Therensis, *'Αετός* (I. G. III. 1. 62 v. 17) fundus Atticus ‚*πρὸς τῷ Κορυωδαλῷ*‘ (ibid. v. 18) situs.

Κάνθαρος (I. G. XII. 3. 349 v. 9), fundus Therensis, a cantharo, quem Aegyptii pro deo venerabantur, appellatus

1) cf. Phryn. in Bekk. An. p. 33, 2.

2) cf. Thumb, Handbuch der griechischen Dialekte § 310.

3) cf. s. v. *φῶκος*.

4) cf. Dittenbergerum in commentario: „Neque hoc vocabulo describitur fundi natura, quod antea factum est vocibus *χωρίον στυφλάριον* (cf. v. 24 *χωρίον ἀμπελικόν*), sed significatur proprio nomine ea regio agri Hyettiorum, in qua ille fundus situs erat. Huic regioni nomen *Σῦς* fuisse videtur“.

5) op. cit. p. 101.

6) cf. s. v. *'Υηττός*·

esse videatur. Eadem enim aetate, qua scriptus est titulus, occurrit alio in titulo Therensi nomen *Σεραπίου*[1]). Unde elucet, illo tempore Therae deos Aegyptios cultos esse.

E cantharo nomen traxit etiam tribus quaedam Stratoniceae urbis, si quidem in iis, quae legimus in titulo recentissimo illius urbis (BCH XI p. 25 vs. 7—8): „*Φανίας Ἑκαταίου τοῦ Φανίου Λοβολδεὺς Κανθαρίων*“, *Κανθαρίων* tribum designat[2]).

Denique nomen *Κονκάρου* (BCH XII p. 207 vs. 39. 49. 65), quod inditum est fundo ad Magnesiam sito, huc spectare videtur. Probaverim enim ea, quae dicunt Cousin et Deschamps (l. l. p. 218): „*Κονκάρον* est peut-être, avec la suppression de l'aspiration, analogue à *κόγχη* (coquille) et à son diminutif *κογχάριον*“.

Nomina ab animalibus derivata sequantur a plantis derivata[3]).

1) cf. supra.

2) cf. ea, quae dicunt Diehl et Cousin l. l. p. 34: *Κανθαρίων* et *Μαγίδων* désignent-ils la tribu? On ne s'expliquerait pas, pour quelle raison cette indication est ajoutée seulement dans deux cas. C'est peut-être un second nom, et nous avons vu, que le faît est fréquent à Stratonicée; mais dans les exemples analogues, ce nom est placé avant et non après la mention du bourg.

3) Etiam in Germania agri et domus saepe ex arboribus denominabantur cf. Grohne, op. cit. p. 4: Zu den ältesten Hausnamenbildungen gehören Benennungen nach Kennzeichen des Grundstücks, auf dem das Haus steht. Meist sind diese Kennzeichen Bäume, die entweder wegen ihrer auffallenden Größe, oder weil sie einzeln auf dem Anwesen standen, dem betreffenden Haus den Namen gegeben haben. Eine ähnliche Erscheinung sehen wir bei den älteren Flurnamen, die zum Teil ganz gleichen Ursprungs sind, indem ebenfalls oft charakteristische Bäume gewählt werden, um den rechtlich als Eigentumsbezirk umgrenzten Gemarkungsteil näher zu kennzeichnen. cf. etiam annot. 1: Basel. Boos. Ub. der Landschaft Basel I S, 3—4. 1033. ze dem breiten birboume 2 jugera. ze chrumben studen 4 jugera. bi dem boumgarten 1 jugerum. ze hasen birboume 1 jugerum; Ub. der Stadt Basel III: jugera zem Winterbôme. 1299.

E voce ἀχέρδος i. e. spina nomina traxerunt

Ἀχερδάης (I. G. XII. 2. 74 v. 18), pagus agri Mytilenensis, cognominatus ὁ μέγας,

Ἀχερδόεις (Collitz-Bechtel, op. cit. 5075 D vs. 61—62), locus ad Latum urbem Creticam situs, et

Ἀχραδοῦς (= Ἀχερδοῦς) (I. G. III. 1. 61. A III v. 45), fundus Atticus in pago Ionidarum situs.

Eodem modo atque Ἀχραδοῦς formati sunt

Ἐλαιοῦς (I. G. XII. 5. 872 passim) (ab ἐλαίᾳ, arbore oliva), pagus insulae Teni,

Ἐρεικοῦς (Corp. inscr. Prienens. no. 363 vs. 18—19) (ab ἐρείκῃ, erica), collis in agro Prienensi situs,

Σχοινοῦς (a σχοίνῳ, iunco), regio vel fundus Piraei (I. G. II. 2. 1059 v. 12) et locus ad Epidaurum situs (I. G. IV. 926 vs. 23—24), denique

Σχινοῦς (BCH VI p. 26 no. 18 v. 217) (a σχίνῳ, lentisco), regio Deliaca, postremo

Δρυοῦσσα (Corp. inscr. Prienens. 37 v. 53) (a δρυΐ, quercu), ager Prienensis.

A σχίνῳ denominata est etiam Σχινοῦρις sive Σχίνουρις (I. G. IX. 1. 693 v. 22) in Creta sita, quod quidem attinet ad primam partem nominis. Alteram partem reperimus in voce ἀχέλουρις, quam Hesychius (s. v.) tradit ‚gregem apud Tarentinos' ostendere (‚ποίμνη τις παρὰ Ταραντίνοις'). Apertum autem videtur legendum esse ‚ποιμνῆτις παρὰ Ταραντίνοις' i. e. ‚pascuum apud Tarentinos'.

Quae syllaba -ουρις, quo pertineat, non liquet.

Eodem modo ac Μαραθών (a μαράθῳ, feniculo) formati sunt Περσικών (I. G. III. 1. 61. A III v. 39), Περιστεριών (Collitz-Bechtel op. cit. no. 5075 v. 64), Ἀμπελών (BCH IV 337 v. 48).

dimidium juger ob dem Nussbôme. 1299. in loco dicto zem Kungs birbôme 1295. — Frankfurt Ub. J. N. 495./1284. vincas in Hohenstad dictas zûme Destboume. — Baden (Aargau) Ub. II 1456. von eine schupos ze Nussbomen.

Περσικών, fundus Atticus, nomen invenit e περσικοῖς, quae auctore Hesychio (cf. s. v. περσικά) nuces sunt,

Περιστεριών, locus Creticus ad Latum urbem situs, e περιστερίῳ, herba columbaria,

Ἀμπελών, fundus Asiaticus ad urbem Trallis situs, ex ἀμπέλῳ, vite.

Syllabam -ων ostendit etiam Φυλιαδών (I. G. IX. 2. 205 v. 12), fundus Melitaeensis, quod nomen fluxit sine dubio e voce φυλία, significante speciem quandam oleae. Littera δ quidem unde invaserit, dubium est.

Neque etiam Φυλινχεία (I. G. XII. 7. 58 v. 3), regio ad Arcesinen urbem sita, facilis est explicatu, quod attinet ad alteram partem nominis. Prima pars eandem vocem φυλία continere videtur, quae inest in nomine Φυλιαδῶνος.

Ὀρχεῖον (I. G. IX. 2. no. 521 v. 26), locum ad Larisam situm, duplici modo interpretari possumus. Cohaeret enim hoc nomen aut cum voce ὄρχις, significante speciem quandam oleae[1]), aut cum voce ὄρχος, designante, ut Hesychii[2]) verbis utar, ‚στίχον ἀμπέλων'. Erat igitur Ὀρχεῖος locus vel regio, ubi aut oleae aut vites colebantur.

Idem suffixum, quod Ὀρχεῖος, ostendit Βαλανεῖον (I. G. XII. 5. 872 passim) (a βαλάνῳ, glande), pagus insulae Teni.

Suffixo -ιος formata sunt Κυπαρίσσιον (BCH IV 337 v. 27), Κυνάρια (I. G. III. 1. 61. A III v. 30), Μακουνίαι (I. G. IX. 2. 234 v. 3[3]).

Κυπαρίσσιον (a κυπαρίσσῳ, cupresso) erat ager Trallianus,

Κυνάρια (a κυνάρῳ, carduo[4]) erant fundus Atticus in pago Anacaea situs.

1) cf. Plin. 26, 10, 62.

2) cf. s. v. ὄρχοι.

3) Nomen Κεραυνίου (I. G. IV. 926 v. 13), inditum monti in agro Epidauri oppidi sito, designare videtur locum fulmine ictum.

4) cf. Hesychium s. v. κύναρος.

Μακουνίαι, regio ad Pharsalum sita, fluxere e voce *μήκων*, significante papaver, littera *ω* Thessalico more mutato in *ου* [1]).

Suffixum *-έος* (*-έα, -έον*) inest in nominibus *Δονακέας* (I. G. XII. 5. 872 passim), *'Ροδέας* (BCH IV. 337 v. 42), *Κενχρέων* (I. G. XII. 2. 77b v. 1 [2]).

Δονακέα (a *δόνακι*, harundine) erat pagus insulae Teni,

'Ροδέα (a *ῥόδῳ*, rosa) ager Trallianus;

Κένχρεαι (a *κέγχρῳ*, milio) sitae erant ad Mytilenas.

A *κέγχρῳ* et ipse originem traxit *Κεγχρεύς* (BCH VIII p. 346A v. 7), nisi quod finitur syllaba *-εύς*, velut *Πειραιεύς*. Iam huc pertinet *Πρινεύς* (l. l. v. 20), derivatus a *πρίνῳ*, ilice. Erant autem siti *Κεγχρεύς* et *Πρινεύς* in agro urbis Erythrarum.

Velut *Τεγεᾶτις* a *Τεγέᾳ*, sic *Βατινᾶτις* (Corp. inscr. Prienens. no. 37 v. 45), regio Prienensis, orta est e voce *βάτινος, -ίνη, -ινον*, nomine adiectivo, derivato a *βάτῳ*, rubo.

Denique *Μολοκᾶς* (I. G. IX. 1. 693 v. 4), locus Creticus, nomen cepisse videtur e *μαλάχῃ*, malva. Nam Cretici scribebant *κ* pro *χ* [3]). Quisquis autem offendit in littera *ο* pro *α* substituta, meminerit, in dialecto Cretica occurrere etiam *ἀπόγροφον, ἀπογρόφονσι* (= *ἀπόγραφον, ἀπογράφουσι*), *ἀβλοπία, ἀβλοπές* (= *ἀβλαβίη, ἀβλαβές*) similiaque [4]).

Restat, ut commemorem *Συκουσίαν* (I. G. IV. 926 v. 26) (a *σύκῳ*, fico), locum ad Epidaurum situm, *Κορνιάταν* (ibid. v. 8) (a *κόρνῳ*, murto spinosa), montem eadem in regione situm, *Κροκειάδα* (I G. IX. 2. 521 v. 34) (a *κρόκῳ*,

---

1) cf. Thumb, Handbuch der griechischen Dialekte § 245, 6.

2) *Κολέα* (BCH IV. 337 v. 27), ager Trallianus, quid valeat, nescio.

3) cf. Thumb, op. cit. § 441, 8a: „Die epichorische Schrift Kretas besitzt kein Zeichen für *χ* und *φ*, sondern schreibt dafür *κ* und *π*".

4) cf. Thumb, op. cit. § 141, 1.

croco), locum Larisensem, qui nos admonet de *Κροκίῳ πεδίῳ* [1]).

Neque vero semper plantarum nominibus suffixum adiungitur. Persaepe etiam immutata fundis induntur [2]).

Hoc modo fundus Therensis nominatus est *Φοῖνιξ* (I. G. XII. 3. 344 v. 17) (a *φοίνικι*, palma), fundus Atticus *Συκάμεινον* (I. G. III. 1. 61. AII vs. 4—5, 19—20) (a *συκαμίνῳ*, moro), pagus insulae Teni *'Ιάκινθος* (I. G. XII. 5. 872 passim) (ab *ὑακίνθῳ*, hyacintho).

Nomen *Πλατάνου* (a *πλατάνῳ*, platano) ferunt duo fundi, quorum alter situs erat ad oppidum Daulim (I. G. IX. 1. 61. vs. 28—29), alter ad urbem Trallis (BCH IV. 337 v. 35 [3]).

Tres alii fundi Tralliani erant *Δάφνη* (a *δάφνῃ*, laurea), *Μυρσίνη* (a *μυρσίνῃ*, murto), *Δρῦς* (a *δρυΐ*, quercu) (l. l. vs. 46—47).

In Creta invenimus *Κνάφον* (Collitz-Bechtel op. cit. no. 5075 v. 57), *Αἴγυρον* (ibid. v. 65), *Πάλαν* (Dareste-Haussoullier op. cit. III. XIX. D. II. v. 2).

---

1) Apparet huc pertinere etiam dativos *'Ρωπηῦς* (BCH XXX p. 435 no. 25 v. 7: *τὰ ἐν 'Ρωπηῦς*) et *Φηγηῦς* (ibid. vs. 24—25: *τὰ ἐμ Φηγηῦς*). Hoc nomen, a *φηγῷ* derivatum, significat pagum urbis Carthaeae, illud autem Graindorius (l. l. p. 447) dicit idem valere quod *ῥωπήιον* i. e. locum virgultis opertum.

2) cf. Grohne, op, cit. p. 6: Von den Hausnamen der übrigen Städte stechen die Kölner hervor durch das Fehlen der Präposition. Der Name des Baumes ist ohne Weiteres auf das Haus übertragen. cf. etiam p. 4: Cöln. Tylia, domus que dicitur 1205—14 Schreinsurk. — Rosenbaum, domus que dicitur 1238. Quellen II. — Birbôm, domus cum area vocato 1284 ebd. III.

3) cf. *Πλάτανον*, urbem in planitie oppidi Halmyri sitam, et *Πλάτανα*, vicum insulae Peparethi (cf. Wace, Skiathos und Skopelos, AM 31 (1906) p. 132: „Ein Dorf im Distrikt von Glossa (auf Peparethos, jetzt Skopelos), der einst dicht bewaldet war, jetzt baumlos und gut mit Reben und Obstbäumen bepflanzt ist").

Κνάφος (a *κνάφῳ*, carduo fullonio) et *Αἴγυρος* (ab *αἰγείρῳ*, populo nigra) erant loca in agro urbis Lati sita, *Πάλα* (a *πάλη*, polline) ad urbem Gortynam exstabat.

Tertius locus Latensis, *Ἄραξ* (l. l. v. 63) nominatus, num huc spectet, incertum est, quamvis nos admoneat de voce *ἄρακος*, quae sonat cicerculam [1]. Attamen probabilius videtur, eandem radicem *ἀρακ-* inesse in hoc nomine, quam continent *Ἄραξος* et *Ἀράξης*. *Ἄραξος* erat nomen promunturii Peloponnesiaci [2], *Ἀράξης* non modo nomen fluviorum complurium [3], sed etiam cognomen Penei. Et *Ἄραξος* autem et *Ἀράξης* orti sunt ex aquarum sono, ut de *Ἀράξῃ* quidem testatur Stephanus Byzantinus s. v. *Ἀράξης· οὕτως ὁ Πηνειὸς ἐκαλεῖτο ἐκ τοῦ ἀράξαι.*

In vocabulis masculini generis, quae nominativo casu finiuntur litt. *α* [4], habendi esse videntur *ὁ Φάγα* (I. G. IV. 926 v. 19) et *ὁ Αἰγιπύρα* (ibid. vs. 20—21), montes in agro urbis Epidauri siti, quorum hic nomen traxit ex *αἰγιπύρῳ*, tritico caprino, ille e *φηγῷ*, quercu.

Interdum nomen plantae numero plurali exstat: *Ῥάμνοι* (BCH XIV p. 390 I. v. 8) (a *ῥάμνῳ*, sente) et *Φοίνικες* (ibid. v. 13) (a *φοίνικι*, palma), fundi Apollinis Delii sacri.

Hic sequantur *Κοκκολόγος* (I. G. XII. 3. 345b v. 2), *Οἰσεζεία* (1 G. XII. 2. 74 vs. 2—3), *Κλαστανοῦς* (BCH IV 337 v. 37), *Μοσχοτομέαι* (I. G. IX. 1. 61 v. 29).

---

1) cf. Hesychium s. v. *ἄρακοι*.

2) cf. Plin. Nat. Hist. IV. 12. 55.

3) cf. Strab. 11 p. 501 et 527; 15 p. 729; Xen. Anab. 1, 4; Hdt. 1, 202. 3, 36. 4, 11 et 40.

4) cf. Brugmann, Griechische Grammatik § 251 A 1: „Die Genitive meg. *Ἀραίᾱς*, ambrak. *Προκλείδᾱς*, thess. *Νῑκίᾱς* lassen auch für diese Dialekte nominativisch gebrauchte Namenformen auf -*ᾱ* erschließen". Thumb, op. cit. § 237, 1 et 246, 2.

Κοκκολόγος, fundus Therensis, quomodo interpretandus sit, haud dubium est. Designatur enim fundus, in quo bacae leguntur, *κόκκοι λέγονται*.

Οἰσεζεία, fundus Mytilenensis, monet de stirpe *οἰσο-*, quam habemus in verbo *οἴσομαι*, et de voce *ζειά*, significante far. Quod si recte coniecimus, *Οἰσεζεία* accipienda est ager, in quo far colitur.

Κλαστανοῦς, fundus Trallianus, cohaerere videtur cum verbo *κλάω*, quod usurpatur de surculis defringendis.

Eadem vis, quam habet *Κλαστανοῦς*, inest in *Μοσχοτομέαις*, fundo Daulensi. Prima enim pars huius nominis continet vocem *μόσχος*, quae demonstrat surculum, altera radicem *τεμ-* (vel *τομ-*), quae occurrit in verbo *τέμνω*. *Μοσχοτομέαι* igitur sunt fundus, in quo surculi secantur.

E surculis nomen invenisse potest etiam *Θαλέος* (*-ον?*) (BCH XXXII p. 83 no. 21 v. 10), fundus vel pagus insulae Myconi, si quidem derivandus est a voce *θαλλός*, quae valet surculum. Si minus, at certe ortus est e radice *θαλ-* et significat ‚florentem'.

Quod si ita se habeat, comparem *Θαλέον* cum *Εὐάδησιν* (BCH III p. 233 v. 17), regione vel pago insulae Chii, *Εὐκάρπῳ* (BCH IV p. 337 v. 38), fundo Tralliano, *Φυταλίᾳ* (BCH XIV p. 390 I v. 14), fundo Deliaco.

Εὐάδας coniecerim cohaerere cum voce *εὐαδής* [1], *Εὔκαρπος* autem et *Φυταλία* erant fundi fructibus uberes et fertiles, ut e nominibus elucet.

Nomen satis mirum et quod videatur primo aspectu inexplicabile sunt *Μάγδια* (I. G. XII. 2. 76b v. 9), fundus Mytilenensis. Attamen de origine huius nominis coniecturam fecerim. Mihi enim videntur *Μάγδια* eadem esse

---

1) In hoc nomine similis notio inesse videtur atque in nomine „Paradies" cf. Grohne op. cit. p. 32: „Aber auch als Flurname begegnet uns „Paradies" nicht selten — offenbar als Bezeichnung für ein besonders sonniges, fruchtbares und liebliches Fleckchen Erde".

quae *Μαγίδια*, accentu more Lesbio retracto et e litt. elisa. *Μαγίδια* sunt panes; indicat igitur nomen *Μαγδίων*, panes in illo fundo coctos esse. Quam sententiam confirmare videtur, quod in agro urbis Stratoniceae tribus exstabat nominata *Μαγίδες* (BCH XI p. 27 no. 38 v. 3 [1]).

A parte plane diversa repetita sunt nomina e colore et e qualitate soli tracta.

Propter colorem nigrum nominabantur fundus Astypalaeensis *Κυανέαι* (I. G. XII. 3. 180 v. 5), fundus vel pagus Therensis *Μελαιναί* (I. G. XII. 3. 330 v. 34), locus insulae Chii *Μέλαινα Ἀκτή* (BCH III p. 234 vs. 22—23), cum *Λευκή κώμη* (BCH IV 337 v. 41) et *Λευκοπέτρα* (ibid. v. 12), agri Tralliani, et *Λευκή ἀκτή* (I. G. XII. 2. 79a vs. 6—7), fundus Mytilenensis, essent colore candido.

Colorem candidum indicare videtur etiam nomen *Λύχνων* (BCH XII p. 207 vs. 40. 50. 66.), quod ferebat fundus ad Magnesiam [2]) situs.

Qualitas soli designatur nominibus velut sunt *Σπινόεις* (Collitz-Bechtel, op. cit. 5075 D v. 63) et *Ἁλμυρίς* (I. G. II. 2. 1059 vs. 2—3). *Ἁλμυρίς* enim, regio quaedam ad Piraeum sita, proficiscitur a voce *ἁλμυρός* i. e. salsus, *Σπινόεις*, locus quidam in agro Latensi situs, a voce *σπίνος*, significante lapidem aluminosum.

Terram saxosam monstrant nomina *Πέτρας* (I. G. III. 1. 62 A III v. 34), *Πετρέεντος* (BCH XII p. 207 vs. 37, 47, 63), *Φελλεΐδος* (I. G. III. 1. 62 A III v. 34).

Πέτρα [3]) erat fundus Atticus in pago Paeoniorum situs, *Πετρέεις* [4]) ager ad Magnesiam [5]) situs; *Φελλεΐς* denique,

1) Sed cf. etiam ea, quae supra diximus de hac inscriptione (p. 39 annot. 2).

2) Intellige Magnesiam ad Maeandrum sitam.

3) cf. etiam *Πέτραν*, vicum Corinthiacum (Hdt. 5, 92β; I. G. IV. 926 vs. 22—23).

4) Pro ‚*Πετρήεις*‘ cf. Thumb, op. cit. § 311, 7, c.

5) Intellige Magnesiam ad Maeandrum sitam.

fundus Atticus in pago Philaïdorum situs, idem valet quod *φελλεύς*, de quo supra egimus [1]).

In regione palustri siti erant fundus Creticus, nominatus *Ἑλεία* (cf. Dittenberger, op. cit. II. no. 929 v. 38), et fundus quidam Apollinis Delii sacer, nominatus *Λίμναι* (BCH XIV p. 390 I v. 7).

Λειμών (BCH XIV p. 390 I v. 11), et ipse Deli situs, designat, ut Homollii verbis utar, ‚un endroit humide et herbu, une prairie‘.

Regionem aquosam declarare videtur etiam nomen Creticum *Παχυνάμου* (Collitz-Bechtel, op. cit. no. 5075 v. 57). Prima enim pars huius nominis significat ‚uberem‘ (*παχύν*), altera fluxit e radice *να-*, quae exstat in voce *νᾶμα*.

Facile induci potes, ut huc etiam *Εὐρύνια* (I. G. IX. 2. 205 v. 5), locum Melitaeensem, referas, putans, alteram partem huius nominis cohaerere cum verbo *ῥεῖν*. Attamen si hoc conicere velis, explicare non potes *ν* litt., unde invaserit. Neque enim radix verbi *ῥεῖν* *ν* litt. continet.

Neque etiam *Καλλιόρασος* (Collitz-Bechtel, op. cit. no. 5075 vs. 67—68) Latensis huc spectat, quamvis putes hoc nomen per metathesin ortum esse e *Καλλιροάσῳ*.

Immo vero id mihi probatur, quod coniecit Papeius [2]), *Καλλιόρασον* esse locum, unde oculis iucundus prospectus se praebet, praesertim cum saepius inveniamus nomina talis vel similis notionis, nomina dico talia, qualia sunt *Ἄποψις* (I. G. XII. 3. 344 v. 14), *Ἀποψίδιν* (I. G. XII. 3. 343 v. 4), *Βλέπων* (BCH IV 337 v. 43). Constant autem

1) Hic non omiserim *Κλειτύα* (BCH XXX p. 436 no. 25 v. 40) et *Μεγάλωκρον* (ibid. p. 438 no. 25 vs. 33. 34), loca ad urbem Carthaeam sita. *Κλειτύς* quid significet, comperimus ex Et. Magn. (p. 519, 46): „*(ὁ μὲν Ἀπίων) τὸ κατωφερὲς τῶν ὑδάτων, ἄμεινον δὲ τὰ ἀποκλίματα καὶ ἐξέχοντα τῶν ὀρέων*“. *Μεγάλωκρος (-ον?)* autem formatus esse videtur e voce *μέγας* et radice quadam, affini voci *ὀκρία*, quae valet montem confragosum (cf. Graindorium l. l. p. 449).

2) „Griechische Eigennamen“ s. v.

Ἄποψις et Ἀποψίδιν, fundi Therenses, aperte e praepositione ἀπό et e radice ὀψ-, quam habemus in ὄψομαι, et intelligenda sunt loca edita, despectum praebentia.

Eodem modo interpretatus sim nomen *Βλέποντος*. *Βλέπων* — nominabatur autem sic fundus Trallianus — significare videtur locum, unde longe cerni potest.

Dein hic affero nomen *Ἄκρας Δήλου* (BCH XIV p. 390 I v. 13), quod proprium erat fundo Apollinis Delii, denique duos fundos Trallianos, *Βουνόν* (BCH IV 337 v. 48) et *Ὑπερβολήν* (ibid. v. 18), postremo duos fundos Therenses, nominatos *Τ' ἀπάνω* (I. G. XII. 3. 346 v. 4) et *Ὄρος* (I. G. XII. 3. 344 v. 7).

Quid sibi velint *Ἄκρα Δῆλος* et *Τ' ἀπάνω* (= *τὰ ἐπάνω*), per se intellegitur. *Βουνόν* et *Ὄρος* fundos apparet nomina inde accepisse, quod in colle et monte siti erant. *Ὑπερβολή* autem in summo iugo montis exstabat.

Σκόπελον (I. G. XII. 3. 343 v. 7), nomen fundi Therensis, sic intellexerim, ut G. Curtius[1] vult, qui suspicatur, inesse radicem *σκεπ-*, quam habemus in vocabulo *σκέπτομαι, σκοπιά*, ita, ut *σκόπελος* significet ‚speculam'. Neque tamen taceo Grasbergerum longe aliam coniecturam fecisse de huius nominis origine. Putat enim *Σκόπελον* affinem esse nominibus talibus, qualia sunt *Σκόλλις*, *Σκολείτας λόφος*, quibus adiecerim *Σκολλείαν* (I. G. IV. 926 v. 16), locum ad Epidaurum situm.

Sin recte se habent, quae coniecit G. Curtius, cum *Σκοπέλῳ* comparanda sunt *Οὔριον ἄνω* (I. G. XII. 3. 345 v. 11) et *Οὐράμβιν* (I. G. XII. 3. 344 v. 12), fundi Therenses. *Οὔριον ἄνω* enim est ‚custodia superior'[2], *Οὐράμβιν* (= *Οὐράμβιον*) autem et ipsum radicem *οὐρ-* continere videtur in parte prima, cum altera pars forma deminutiva

1) „Grundzüge der Gr. Et." 5. Aufl. S. 168.

2) cf. Hesychium s. v. *ὄρεον*.

vocis *ἄμβη* esse videatur. *Ἄμβη* autem idem valet quod *ἄμβων*, quem ‚*προσανάβασιν τῶν ὀρῶν*' esse nos docet Hesychius[1].

Ceterum *Οὔριον* fundus munitus fuisse videtur velut *Φρούρια* (I. G. III. 1. 61. A III vs. 22—23), fundus Atticus in pago Aphidna situs, et *Τείχεα* (I. G. XII. 2. 76 c v. 3), fundus Mytilenensis. Morem muniendi fundos pervagatum fuisse, vel inde colligi potest, quod crebro occurrunt nomina *Πύργου, Πυργίου, Πυργιδίου, Πύργων*.

Nomen *Πύργου* habebant duo fundi Attici, quorum alter situs erat in pago Pellene (I. G. III. 1. 61. A II v. 30), alter in pago Thorico (ibid. vs. 41—42), et fundus Mytilenensis (I. G. XII. 2. 76 g v. 3).

Fundus Mytilenensis erat etiam *Πυργίον* (I. G. XII. 2. 79 b v. 9).

Πυργίδιον appellabantur duo fundi Attici siti in pagis Atene (I. G. III. 1. 61. A III vs. 43—44) et Gargetto (ibid. A I v. 15).

Quin etiam *Τετραπυργίαν* fundum exstitisse in pago Atene comperimus ex eodem titulo (l. l. A III v. 44).

Πύργοι (BCH XIV p. 390 I v. 7) denique erant unus e fundis Apollinis Delii sacris.

Velut omnes hi fundi nomina inde acceperunt, quod turri vel turribus instructi erant, sic *Πυραμίς* (I. G. III. 1. 61. A I v. 16) et *Στήλη* (ibid. A II vs. 37—38) inde, quod pyramis et columna in iis exstructae erant. Iam dignus est, qui commemoretur hoc loco, fundus quidam Trallianus, nominatus *Καλύβια* (BCH IV 337 v. 28), quia umbraculis instructus erat, ut videtur.

Ut redeamus ad nomina situm fundi indicantia, iam habemus *Μόναυλιν* (BCH IV 337 v. 29), *Μόνοικον* (ibid. v. 40), *Μέσαν* (I. G. XII. 3. 343 v. 2), *Μεσόγια* (I. G. XII.

1) cf. s. v. *ἄμβωνες*.

3. 345 v. 12), *Μέσον ἀγρόν* (I. G. XII. 2. 78b v. 3), *Τριόδοτον* (I. G. XII. 2. 76i v. 1), *Βόριον* (I. G. XII. 3. 180 v. 7), *Ὑποχόρια* (I. G. XII. 2. 76d v. 7).

Μέσα et *Μεσόγια*[1]), fundi Therenses, et *Μέσος ἀγρός*, fundus Mytilenensis, explicatione non egent.

Μόναυλις et *Μόνοικος*, fundi Tralliani, ostendere videntur solitudinem loci.

Τριόδοτος, fundus Mytilenensis, in trivio situs erat; *Ὑποχόρια*[2]) autem, et ipsa Mytilenensia, apparet ‚*ὑπὸ*' *τῷ* ‚*χορῷ*' exstitisse. Qui *χορός* accipiendus est locus, ubi saltabatur.

Βόριον[3]) denique, in insula Astypalaea situm, erat fundus ‚septentrionalis'.

Denique huc spectant tres fundi Apollinis Delii, *Πορθμός* (BCH XIV p. 390 I v. 6), *Πάνορμος* (ibid. v. 9), *Ἱππόδρομος* (ibid. v. 11).

Πορθμός, in insula Rheneia situs, nomen inde traxit, quod, ut Homollii[4]) ipsius verbis utar, situs erat ‚sur un bras de mer étroit en un lieu, où se faisait le passage, soit de Rhénée à Délos, c'est-à-dire sur la côte orientale de Rhénée, soit d'une partie de Rhénée dans une autre'.

Πάνορμον opinari licet in ora orientali insulae Rheneiae exstitisse. *Πανόρμου* nomen enim salum orientale Rheneiae habuisse videtur[5]); prope autem fundum eodem nomine inditum situm fuisse suspicari cogimur.

---

1) = *Μεσόγεια*.

2) Moneo hic Pausaniae (3, 22, 10) *Ὑπερτελέατον* (scil. *χωρίον*), in urbe Asopo situm, quod Maassius vult in *Ὑπερτελεαῖον* mutari cf. Neue Jahrb. XIV (1911) „Aphrodite und die hl. Pelagia", p. 460 annot. 2: „Ebenso bei Pausanias ein Ort *Ὑπερτελεαῖον* (*-ατον* Hss.), ‚der jenseits der Telea'. *Τελέα* ist Ehegöttin (Hera, Wide, Lak. Kulte S. 25)". cf. etiam *Παρακυπαρισσίους* (Paus. 3, 22, 9), urbis Asopi incolas, qui habitabant ‚*παρὰ τὴν Κυπαρισσίαν*'.

3) = *Βόρειον*.

4) l. l. p. 424.

5) cf. Homolle l. l. p. 425.

Ἱππόδρομον denique apparet eo loco Deli insulae situm fuisse, quo cursu equestri certabatur[1]).

Quae omnia nomina, quomodo interpretanda sint, perspici potest. Quid autem sibi volunt *Σχαστηρία* (I. G. III. 1. 62 v. 17), fundus Atticus, *Πλοῖον* (BCH XII p. 207 v. 38), fundus in agro urbis Magnesiae situs, *Μηχανή* (I. G. XII. 3. 349 v. 3), fundus Therensis?

Quamvis enim sciamus, quid sit *σχαστηρία*, quid *πλοῖον*, quid *μηχανή*, nullo modo indagari potest, cur illi fundi nomina acceperint a *σηαστηρίᾳ* i. e. fune et a *πλοίῳ* i. e. nave et a *μηχανῇ* i. e. machina.

Neque minus difficilia explicatu sunt *Κρατήταιον* (I. G. XII. 3. 348 v. 5), *Πολιτική* (I. G. XII. 3. 343 v. 12), *Λεάβατον* (ibid. v. 11), *Χρυσελάδιν* (I. G. XII. 3. 344 v. 16), *Ἀνεμοφάλιν* (ibid. v. 5), fundi Therenses, et *Καμινήη* (BCH III p. 233 v. 20), fundus vel pagus Chius, quamvis, quibus e vocibus fluxerint, satis facile cognosci possit.

Κρατήταιον enim, *Πολιτική*, *Καμινήη* derivanda sunt a vocibus *κρατεῖν*, *πολίτης*, *κάμινος*. *Λεάβατον* prima parte continere videtur vocem *λέα* i. e. *λεία*, cum altera pars cohaerere videatur cum verbo *βαίνω*.

Χρυσελάδιν[2]) denique constat e vocibus *χρυσός* et *ἐλάδιον*, quae est forma deminutiva vocis *ἐλάα* i. e. oliva, postremo *Ἀνεμοφαλίου* prima quidem pars nota est.

Plane autem obscura sunt *Ἰκνίον* (I. G. XII. 3. 344 v. 6), *Ἀγιπτριάτης* (ibid. v. 9), *Ἐλυτώ* (ibid. v. 13), *Δισκόντιν* (I. G. XII. 3. 345 v. 8), *Σειζοβόλων* (I. G. XII. 3. 348 v. 8), fundi Therenses, *Βολοῦς* (I. G. XII. 3. 180 v. 4), *Βάρρος* (I. G. XII. 3. 182 v. 3), fundi Astypalaeenses, *Δοφῖτις* (BCH III p. 231 II A v. 9), *Ἀνδίνη* (ibid. p. 244. III. A v. 11), fundi vel pagi insulae Chii, *Σολόη* (BCH XXIX p. 434 no. 143 v. 4), *Πάσσιρος* (*-ον?*) (BCH XIV

---

1) cf. Homolle l. l. p. 427.

2) = *Χρυσελάδιον*.

p. 391. I. v. 29), fundi Deliaci, *Κησκώρα* (Dareste-Haussoullier, op. cit. III. XIX. D. II v. 1), fundus vel pagus ad Gortynam situs, *Σαλαμόνα* (Cauer, Delectus[2] no. 263 vs. 3—4), fundus vel pagus Eleus, *Σελλανύς* (I. G. IV. 926 v. 4), *Εὐόργα* (ibid. v. 25), loca Epidauria, *Πτέχαι* (Dareste-Haussoullier, op. cit. I. IX. v. 2), regio Eretrica.

Imprimis in Creta et Asia invenimus satis magnum numerum nominum inexplicabilium. Ut omittam *Δορθάννας* (Dittenb. op. cit. II. no. 929 v. 60), *Μόλλον* (ibid. v. 61), *'Ατρῶνα* (ibid. v. 64), loca ad oppidum Itanen sita, hic afferenda sunt ea nomina, quae reperiuntur in titulo illo Latensi supra commemorato (Collitz-Bechtel, op. cit. no. 5075 D), nomina dico talia, qualia sunt *Θινόμαρον* (l. l. v. 56), *Σωράσα* (l. l. v. 61), *Κορδωΐλα* (l. l. v. 67), *'Επαθείς* (l. l. v. 66), *Αἵρεπώ* (l. l. v. 71), *'Αρχελάρχα* (l. l. v. 72) *Δαττάλα* (l. l. v. 64), *'Ακάμας* (l. l. v. 69), qui erat, ut Strabonis[1]) verbis utar, ‚*ἄκρα δύο μαστοὺς ἔχουσα*[2]) *καὶ ὕλην πολλήν*', *"Ακιμος*, qui fortasse interpretandus est ‚terra inculta', si quidem Suidam[3]) sequimur, qui tradit ‚*ἄκιμον*' idem valere quod ‚*ἀθεράπευτον*', denique *Κυρτάρπαξος* (*-ον ?*) (l. l. v. 62), *Δανάρπαξος* (*-ον ?*) (l. l. v. 65).

Ad haec nomina Cretica accedunt Asiatica haec: *Τάραμπτος* (*-ον ?*) (Dareste-Haussoullier, op. cit. II. 2. XXV D v. 18), *Κότοι* (Dittenb. op. cit. I. 11. v. 16), *Κεύαρος* (*-ον ?*) (ibid. v. 18), *Πουνομοῦοι* (ibid. v. 21), *Κάσαιος* (*-ον ?*) (ibid. v. 34), *Σάρανσος* (*-ον ?*) (ibid. v. 39), *'Ωσπράοννος* (*-ον ?*) (ibid. v. 43), fundi vel pagi Halicarnassenses, postremo

1) XIV. 6. 2.

2) cf. *Λαμίας μασθούς* (I. G. XIV. 217. v. 4) in agro Acrensi sitos. *Μασθός* est vox dorica pro Attica voce *μαστός* vel *μαζός*. Lamia autem erat virgo Libyca, quam Iuppiter amore inflammatus e Libya in Italiam traduxerat. *Λαμίας μασθοί* igitur intelligendi sunt duo colles, habentes formam mammarum feminearum.

3) s. v. *ἄκιμος*.

'Ορθονδούωκοι (Dareste-Haussoullier, op. cit. II. XIII quater A v. 8), fundus in agro oppidi Mylasae situs.

Periculum non est, ne erremus, conicientes illorum nominum Creticorum et Asiaticorum nonnulla esse barbara. Hoc certo dici potest de illis quidem nominibus, quae formata sunt suffixis *-νδ-* et *-σσ*, vocali qualibet anteeunte[1]).

In his habenda sunt nomina velut *'Ωνζωσσύασος* (*-ον ?*) (Dittenb. op. cit. I. 11. v. 26), *Οὐασσός* (ibid. v. 20), *Κυογρισσίς* (ibid. vs. 8—9), fundi vel pagi Halicarnassenses, *Πρυμνίτισσα* (Collitz-Bechtel, op. cit. no. 5075 v. 76), *Βένκασος* (ibid. v. 52), *Παμφυρίασος* (ibid. vs. 65—66), *Χαμβρίτρασος* (ibid. v. 63), loca Latensia, fortasse etiam *Καράνδαι* (I. G. IX. 2. 205 v. 12), ager ad oppidum Meliteam situs.

Barbara esse videntur etiam nomina complurium fundorum Trallianorum: *Κοζάνατα* (BCH IV 336 v. 11), *Σίανα* (ibid. v. 12), *Τράρα* (ibid. v. 19), *Μόνναρα* (ibid. v. 22), *"Αραρα* (ibid. v. 24), *Πάρκαλλοι* (ibid. v. 21), *"Ορβηλα* (ibid. v. 30), *'Ωλασήα* (ibid. v. 37), *Καρήα* (ibid. v. 38).

1) cf. Grasberger, op. cit. p. 294 sq.

Index.

Vita.

Natus sum **Gualtherus Knackstedt** in vico Bodelschwingh a. d. XVII. Kal. Febr. a. 1888 patre Ottone, matre Maria e gente Lenzmann. Fidem profiteor evangelicam. Civis Borussus sum. Primis litterarum elementis in schola publica Bodelschwinghensi instructus ab anno 1897 ad annum 1898 gymnasium Tremoniense, deinde gymnasium Bochumense frequentavi. Vere anni 1905 maturitatis quod dicitur testimonium adeptus studiis philologicis et germanicis operam navavi in academia Marpurgensi per quattuor semestria. Dein Monachii et Bonnae singula semestria versatus ad almam matrem Philippinam redii. Hic vere a. 1911 examen quod dicitur publicum superavi. Marpurgi versatus iam unum semestre, usque ad promotionis diem seminario paedagogico gymnasii Tremoniensis, quod vocatur urbanum, interfui. Examen rigorosum superavi Idibus Maiis anni 1912.

Docuerunt me viri doctissimi hi: Birt, Cohen, Crusius, Dyroff, Elster, Furtwaengler, Kalbfleisch, v. d. Leyen, Lipps, Maass, Marx, Schulz, v. Sybel, Thiele, Thumb, Vogt, Wrede. Ad proseminarium philologicum me admiserunt Birt, Maass, Thiele. Seminarii philologici benignitate Birtii et Kalbfleischii per duo semestria sodalis fui. Proseminario Germanico ut interessem, permiserunt Elster, Vogt, Wrede. Seminarii Germanici sodalis fui benignitate Vogtii (per duo semestria).

Quibus viris doctissimis omnibus gratias ago magnas, imprimis vero gratiam summam semper habebo Ernesto Maass, qui ad hanc materiam tractandam me invitaverit et opera consilioque maxime adiuverit.